nem fecit. **Quare** non cogimur cōfentire eā faciētib' sed sic dicim'. **Cuiuslibet** hoīs malicia ē naturalis z ipse est semē maledictū non ei' semē maledictū qz in eo nō ē pctm̄ v' possim' figuratiē dicere ip̄m semel maledictū eē p̄ eo q̄ ex eo erūt q̄ maledicti erāt iuxta illud. **Maledicta** terra ī operib' tuis idē opa tua in terra. **Non** enī terra maledicta est cū ipsa alibi dicatur sc̄ta licet eā pctōres opa rentur. **Ut** locus in quo stas terra sc̄ta est alioquin eadē z maledicta z sc̄ta esset. **Sic** semen maledictū quia maledicti qui ex semine. **Iuxta** quē modum **Anselmus** noster optime z vere exponit illam auctoritatē Job. de immūdo semine q̄ tamē in se neq; immūdū ē neq; maledictū. **Primo** inquit de semine qd̄ ē materia carnis hūane videt' dicere augustinus dum sic incipit. **Nā** si semē ipsum nullū habet vitium ad quid em̄ fieret relatio p̄ ip̄m. **Non** enī p̄cessit sermo de semine sed sepe fit p̄ hoc p̄nomē nō relatio sed p̄prietatis quedā expressio ei' rei que in causā dicti est vt etiā palladi' de rusticatōe incipit. **Pars** prima ē prudētie ip̄am cui p̄cepturus est estimare p̄sonā. **Nulla** igif per ip̄am fit relatio sed p̄prietatis eius que in p̄sona ē expressio. **Ac** si dicat ip̄am personā id est virtutē vel sciētiam vel dignitatē vel artē v' p̄fessionē p̄sonē vel tale quid eius. **Sic** et hic accipit ip̄m cū de semine agit quasi dicat. **Ip̄m** semē id est ratio seminis ea esse vt non sine vitio sit. **Nā** si non in vitio est si nullū habet vitium qd̄ est qd̄ scriptū est zē. **Ad** hoc respōdem'. **Quicqd̄** sit de relatōe vel de p̄prietatis: expressione per hoc p̄nomē ip̄m in semine nulluz esse pctm̄ p̄bat. **Augustinus** alias quēstionē faciēs. **Jeronimo** de origie aie dicit q̄ cottidie de' creat nouas animas. **Qd̄** augustinus nec recipiēs nec ip̄obās q̄rēs at qd̄ Jer. r̄ideat obiecti' q̄stioez talē facit ei in epla de origie aie. **Si** omnia

## et peccato originali

huius infatuli recens nati infundendo creata est et creata infusa quando vel quomodo peccauit hic i adā: hec questio nūq̄ posset esse illi<sup>9</sup> qui diceret in semine quo concipit hō esse peccatū originale. Diceret enim ei. Quid queris hic q̄ tu ipse indubitanter fateris. In semine peccatū et vicium quod traicit de primo hoīe in omnes posteros frustra queris quō peccauit q̄ feminaliter de adā p̄cessit. Semē autē culpā secū trahit: h̄ in q̄ diceret ei. Quare si hec augustinus sentiret: nūq̄. **Jerónimo** eā questionē faceret: huic autē questionī nihil est a **Jerónimo** respōsus nec eaz ipse augustinus soluit qui de origine anime nullā certā sententiā ptulit. **Vide** autē moderni p̄ceptores quō eā soluant. **In tantū** per ipsū **Augustinum** obtinui mus in auctoritate eius supraposita nō eū intellexisse de semine q̄ sperma est h̄ dixit in semine esse vitium. **Rata** est ergo sententiā **Ambrosij** et nostri **Anselmi** generaliter que intelligēda q̄ i resēbili nec gratia sit nec culpa. **Attamen** adhuc opponūt d̄ auctoritate **Johānis** damasceni quis dicat q̄ post conceptum siue consensū beate virginis spūssāctus supueniens esse peccatum in ea purgauerit et omnē fomitē peccati. **Et** ide credo volūt habere auctoritatē q̄ oporteret aliquidatenus semē illud virginalē licet non esset ex viri comixtione tamē mundatū esse a peccati fomite spūssācti operatōe. **Ad hoc** respōdem<sup>9</sup> nihil nos **Johanni** damascēo in dictis suis p̄iudicare v̄t p̄ te q̄d ei<sup>9</sup> scripta nulla legerim<sup>9</sup> nisi quatenus ea ab alijs in testimoniū introducta multis in locis cognouimus. **At** nobis promptus est. **Jerónimo** nostri sanctissimi et doctissimi testimoniū ferre in cōtrariū dicētis in sermone de assumptōe eiusdē domine et regie nostre. **Beata** inquit et gloriofa virgo maria quīs dudū incōparabilis esset vniuersis que sub celo sūt virginibus vt decēter posset in se

suscipe diuinitatē amixtionē salua vtraque natura tū cū grā replet cū spūsancto p̄fūdēt cū spūsancto obūbrat fit p̄ciosior merit<sup>9</sup>: celsis sblimior fastigijs p̄chuior sanctitate gloriofior suorum meritis et prerogatiuis meritorū: ita vt nullis iam v̄sibus sit ipa eadez manapāda nisi diuinis. **Rogo** te **Johānes** damascene vt quicumq̄ es in tali sentēcia q̄d putes beatam dei matrē post annūciatōm sancti angeli tūc primum insupuentōe spiritus sancti amisisse vel peccatū vel fomitem peccati: rogo in quā te p̄eandē beatitaz theotocō desiste: noli emulari in malignatibus: cessa sincerissimū vas incrustare solue calciamēta pedū tuorū quod impedit p̄gressū recte intētionis tue. **Si** quidem zelū dei habes in hac parte sed forte nō scōm sciētiam. **Forssitan** em putas i hac errore deo te obsequiū exhibere: quod si noluer<sup>9</sup> cessare scito quod terra hec quā calcas deuorat habitatores suos v̄lcionē faciens in oēs filios diffidentie. **Adhuc** audi quid dicat inde nostrorū temporū spūssancti organū beatus **Bernard<sup>9</sup>** abbas clareuallis. **Spiritus** sanctus supueniet in te et virtus altissimi obūbrabit tibi. **Superi<sup>9</sup>** dicta ē gratia plena et nūc quō dicitur spūssāct<sup>9</sup> supueniet in te et. **Nūquid** potuit repleti gratia et nec dū habere spūssāctū cū ipse sit dator gratiarū. **Si** autē iā spūs erat in ea quō adhuc tāq̄ nouerit supuēturus reprobittis. **An** forte ideo nō dicit simpliciter veniet i te sed addidit super: quod prius quidē fuit in ea per multā gratiam sed superueniēte nunciatur propter habundantioris gratie plenitudiēz quā effusus est super illam. **At** vero cū plena sit illud ampli<sup>9</sup> quomō capere poterit? **Si** autem aliud pl<sup>9</sup> capere potest quō aut plena fuisse intelligēda est? **An** prior quidē grā ei<sup>9</sup> tūc repleuaret mētez sequēs vno et v̄tuz p̄fūdere debet quaten<sup>9</sup> scilicet plenitudo diuinitatis q̄ atē

## Decōceptu virginali

in illa sicut et in multis sanctorū spiritua-  
liter habitat etiam sicut in nullo factorū  
corporaliter in ipsa habitare incipiat. **Q**uod  
est virtus altissimi obumbrabit tibi. **Q**ui  
potest capere capiat et forte propter hec  
maxime dictū sit obumbrabit tibi quia res  
nimirum in sacramēto erat et quod sola per  
se trinitas in solo et cum sola virgine vo-  
luit operari soli datū est nosse cui soli da-  
tum est expediri. **H**ec nos quidē bre-  
uiter introduximus cōtra hoc quod op-  
ponunt de iohanne dāmeseno cui nos  
dare determinatōm presūptuosū eēt: quod  
quo sensu dixerit penitus ignoramus.  
At si ille ieronimo et nostris cōtraria hic  
dixit libet in hoc eodem potius adherere  
non ei sed ieronimo et nostris. **P**ro-  
ponit adhuc anselmo nostro quod in hoc ipso  
libro dixerit: quod nulla ratio nulla veritas  
nullus intellectus permittit ad hominem de  
sola virgine cōceptū et de peccato masse  
peccatricis aliud potuisse vel debuisse ac-  
cedere: etiam si nō esset deus: quibus de il-  
la massa esset assūptus. **D**icunt em̄ cristū  
nō potuisse nec voluisse peccare nō quia  
filius virginis. **S**ed quod deus fuit cristus.  
**A**iuunt: nec voluit nec peccare potuit: er-  
go deus fuit. **Q**uid ergo dicem⁹ de san-  
ctis angelis qui ex gratia confirmationis  
non volūt nec possūt peccare: vel si adā  
antequā peccasset aliquos qui ante ipsū  
in iusticia confirmarētur genuisset de il-  
lis quid dicem⁹? **U**tique si illi cū nec vel-  
lēt nec possēt peccare: nō ideo deus vel  
dei essent: sicut in xp̄o videndū: vtrū quod  
peccare nō potuit nec voluit sola diuini-  
tas ei⁹ homini vnita in causa fuerit. **I**ta  
quod ipsa plurimū et maxie adinuenerit om-  
ni p̄stat fideli. **S**ed aliud ē causā simpli-  
citer esse aliud cause supplementū cōfer-  
re. **D**icunt forte quod post peccatū ade nul-  
la caro mortalis nō vnita deitati absque  
peccato esse p̄ualuit: vel p̄ualere potuis-  
se quocūque modo deus aliquē vel aliquas  
absque semine viri creasset dummodo de adā

esset. **S**ed cū hoc dicunt causā peccati  
vt supra in semine ponūt quod vtrique deus  
sicut facit esse ex mare et femina sic facere  
potest ex femina sola. **I**psi igit soluant quod  
supra diximus et ex auctoritate et ex rati-  
one et libēter audiemus. **Q**uod si nō po-  
tuerint constabit nobis sicut constat ex  
anselmi rōe irrefragabili quecūque gigni-  
ti. et alio modo quā adā generauit quod nō te-  
neatur p̄iudicio peccati originalis quod p̄-  
traducem ex adā descendit licet ille deus  
nō sit vt xp̄s fuit: et ita si voluerit nō pec-  
care poterit: et non velle peccare cū pos-  
se nō peccare valebit donec ei cōfirmās  
gratia nō posse velle et nō posse peccare  
superauxit. **C**onsentit nobis augusti-  
nus in tercio contra Iulianum: frustra  
inquit putas ideo in paruulis nō eē de-  
lictum quia sine voluntate que in eis ni-  
la est esse non potest. **H**oc em̄ recte dicat  
propter propriū cuiusque peccatum: non  
propter primi parētis originale delictum  
siue contagiū. **Q**uod si nullum esset p̄-  
fectō nlli malo paruuli obstricti nihil ma-  
li vel in corpore vel in anima sub tāta dei  
potestate pateretur. **V**ide in hīs ver-  
bis prudens lector hanc maximā incur-  
rere. **A** quocumque remouetur pena pec-  
cati ab eodem et peccatū remouet et non  
cōuertitur. **A** quibus ergo paruulis re-  
mouet in corpore et animo peccati penā  
aug⁹ prius ab eis remoueri docet pec-  
catum omne et cōtagium peccati. **I**lli er-  
go nō essent nec deus nec dii et tamē pos-  
sent si vellent non peccare et confirmati  
non possent peccare. **R**ecte ergo et veris-  
sime anselmus quia cum eo est veritas et  
filius veritatis Augustinus.

**E**xPLICIT de cōceptu virginali et pec-  
cato originali.

**I**ncipit prohemium in prologion li-  
brum Anselmi Abbatis Beccensis et  
Archiepi Lantuarie.

## Prosologion

**D**ist quā opu  
sculū quoddā velud exem  
plū meditādi de ratione fi  
dei cogentibus me precib⁹  
quorūdam fratrum in persona alicui⁹ ta  
cite secum rationādo que nesciat iuesti  
gandis edidi considerās illud esse mul  
torū concatenatōe contextū argumēto  
rum cepi mecū querere si forte posset in  
ueniri vnuz argumētū quod nullo alio  
ad se probādum q̄ se solo indigeret ⁊ so  
lum ad astruēdum quia deus vere est ⁊  
quia est sūmum bonum nullo alio indi  
gens ⁊ quo omnia indigent vt sint ⁊ be  
ne sint ⁊ quecumq; credim⁹ de diuina sb  
stācia sufficeret. **A**d quod cū sepe stu  
diose cogitatōes puerterē atq; aliquā  
do mihi viderē iam capi posse q̄ quere  
bam aliquando mētis aciem oīno fuge  
ret tādē desperās volui cessare velut  
abinquistōe rei quā inueniri eēt impos  
sibile. Sed cū illā cogitatōem ne mentē  
meam frustra occupādo ab alijs in qui  
bus proficere possēt impediret penit⁹ a  
me vellem excludere tūc magis ac ma  
gis volēt ⁊ diffidentī se cepit cū impo  
tunitate quadā ingerere. **Q**uadā igitur  
die cū vehemēter eius importunitas  
resistēdo fatigarer in ipso cogitationū  
cōfictu sic se obtulit quod desperauerā  
vt studiose cogitatōem āplecterer q̄ so  
licitus repellē. Estimās igitur quod  
me gaudebā inuenisse si scriptū esset ali  
cui legenti placiturū. De hoc ipso ⁊ qui  
busdam alijs sub persona conātis erige  
re mentem suam ad contēplādum deuz  
et querētis intelligere quod credit sub  
ditum scripsi opusculum. Et qm̄ nec  
istud nec illud cuius supra memini dig  
num liber nomine aut cui auctoris p̄po  
neretur nomen iudicabam nec tamen si  
ne aliquo titulo quo aliquē in cuius ma  
nus venirent quodammodo ad se legēdū  
inuitarēt dimittenda putabaz ynicuiq;

dedi titulū vt prius exemplū meditādi  
de ratione fidei ⁊ sequēs fides querens  
intellectū diceretur. **S**ed cū iaz a plu  
ribus in hjs titulis vtrūq; trāsūptū es  
set coegerūt me plures ⁊ maxime. Reue  
rend⁹ archiepus lugdunēsis hugo noīe  
fūgēs in gallia legatōe aplica precepit  
auctoritate vt nomē meū illis prescriberem.  
Quod vt aptius fieret illud quidē  
monologion id est soliloquiū istud ve  
ro psologion id est alloquiū nominauī.

**E**xplicat prohemīū.

**I**ncipiunt capitula. **C**a. I.  
**Q**uere sit de⁹. **C**apitulū. II.  
**Q**uā possit cogitari nō eē. III.  
**Q**uomō insipies dixit i corde suo qd  
cogitari non potest. **C**apitulū. IIII.  
**Q**uē sit quicquid meli⁹ est esse quā  
non esse ⁊ solus existēs per se oīa alia fa  
cit de nihilo. **C**apitulū. V.  
**Q**uō sit sēsibilis cū nō sit corp⁹. VI.  
**Q**uō sit ops cū multa nō possit. VII.  
**Q**uō sit misericors ⁊ ipassibil. VIII.  
**Q**uō tor⁹ iust⁹ ⁊ sūme iust⁹ parcat ma  
lis ⁊ qd iuste misereat malis. IX.  
**Q**uō iuste puniat ⁊ iuste pcat mal. X.  
**Q**uō vniuerse vie dñi misericordia  
et veritas ⁊ tamē iustus domin⁹ in om  
nibus vjs suis. **C**apitulū. XI.  
**Q**uē deus sit ipa vita qua viuit et sic d  
similibus. **C**apitulū. XII.  
**Q**uō sol⁹ sit in circūscript⁹ ⁊ eternus  
cū alijs spūs sint incircūscripti ⁊ eterni.  
**Q**uō ⁊ cur videt ⁊ nō videt. XIII.  
deus a querētibus eum. **C**apitulū. XIII.  
**Q**uā maior sit q̄ cogitari possit. XV.  
**Q**uē sit lux iaccessibilis q̄ inhabi  
tat. **C**apitulū. XVI.  
odor: sapor: leuitas: pulchritudo suo in  
effabili modo. **C**apitulū. XVII.  
**Q**uē in deo nec in eternitate ei⁹ q̄ ipse ē  
aut tēpore sed omnia sint i illo. XIX.

## Profologion

**Q**uod sit ante et ultra omnia etiam eterna.  
**Capitulū .XX.**

**Q**uod sit seculū seculi siue secula seculorum.  
**Capitulū .XXI.**

**Q**uod solus sit q̄ est et qui est.  
**Capitulū .XXII.**

**Q**uod hoc bonum sit pariter pater et filius et spūssactus et hoc sit vnum necessarium q̄ est oē et totū et solū bonū.  
**Capitulū .XXIII.**

**C**omectatio quale et q̄stum sit hoc bonum.  
**Capitulū .XXIII.**

**Q**ue et quanta bona sint fruentibus eo.  
**Capitulū .XXV.**

**I**n hoc sit gaudium q̄ promittit dominus.  
**Capitulū .XXVI.**

**I**ncipit profologion liber Reuerēdi patris Anselmi abbatis beccēsis Archiepiscopi Cātuariēsis ordiis scti bñdicti.

**Q**ua nunc hominūcio fuge paululū occupationes tuas a bscōde te modicū a tumultuosis cogitationib⁹ tuis Abite nūc onerosas curas et p̄pone laboriosas disscensōes tuas. Taca aliquātulū deo et requiesce aliquātulū in eo Intra ī cubiculū mētis tue exclude oīa p̄ter deū et q̄ te viuēt ad querendum eum et clauso ostio quere eum Dic nunc totū cor meū dic nunc deo. Quero vultū tuū. vultuz tuū dño requiro **Q**ua nūc ergo tu domine deus meus doce cor meū vbi et q̄ mō te querat vbi et quomō te inueniat. Domine si nō es hic vbi te querā absentem. Si ergo vbiq̄ es cur nō video presentē. Sed certe hitas lucē inaccessibilem. Et vbi est lux inaccessibilis? Aut q̄ mō accedant ad lucē inaccessibilem? Aut quis me ducet aut inducet in illā vt videā te in illa? **D**einde quibus signis qua facie te querā. Nunquā te vidi dñe deus meus nō noui facie tuā. Quid faciet altissime dñe quid iste tuus longin-

qu⁹ exul? Quid faciet seru⁹ tu⁹ anxius amore tui. et longe pietus a facie tua? Anhelat videre te. et nimis abest illi facies tua: Accedere ad te desiderat. et inaccessibilis est habitatio tua: Inuenire te cupit et nescit locum tuū. Domin⁹ meus es et de⁹ me⁹ et nūq̄ te vidi In me fecisti et refecisti et oīa mea bōa tu mihi contulisti et nō duz noui te. **D**eniq̄ ad te vidēdū factus suz et nō dum feci p̄pter quod factus sū **M**isera lors hominis cū hoc perdidit qd̄ ad factus est. **D**urus et durus casus ille. Heu quid perdit et quid inuenit? quid abscessit? et quid remansit? Perdidit beatitudinē ad quam fact⁹ est et inuenit miseriam propter quā factus non est. Abscessit: sine quo infelix est et remansit quod per se nō nisi miserum est. **M**anducabat tunc homo panem angelorū quem nūc esurit manducat nunc panē dolorum quē tunc nesciebat: heu publicus luctus hominum: vniuersalis plactus filiorum ade. Ille ructabat saturitate: nos suspiramus esurie. Ille abūdabat nos medicamus. Ille feliciter tenebat et misere deseruit: nos infeliciter egem⁹: et miserabiliter desideramus et heu vacui remanemus. **C**ur non nob̄ custodiunt cū facile possēt quō tam grauit̄ caremus? **Q**uare sic nob̄ obstrauit lucē et obduxit nos tenebris? **E**t quid abstulit nobis vitam et inserit mortem? **E**rūnos vnde sum⁹ expulsi quo sumus impulsī? **U**nde precipitati: quo obruti? **A** patria in exiliū a visione dei in cecitatem nostrā. **A** gauditate immortalitatis: in amaritudinē et horrores mortis. **M**isera mutatio de quāto bono in quātum malum. **G**raue dāpnū grauis dolor graue totū. **S**ed heu me miserū vnum de alijs miseris filij eue: elōgatis a deo: quid incepti: quid effecti? **Q**uo tendebaz? quo deueni? **A**d qd̄ aspirabam in quibus suspiro? **Q**uesui bona: et ecce turbatio. **T**endebaz in

## Profologion

deum: et offendi in me ipsum. Requie-  
rebam in insecreto meo tribulationes et  
dolorem inueni in intimis meis. **Uo-**  
lebam ridere a gaudio mentis mee et co-  
gor rugire a gemitu cordis mei. **Spera-**  
batur letitia et ecce unde densetur suspi-  
ria. **Et o tu domine usquequo? Usquequo**  
domine obliuisceris nos usquequo auer-  
tis faciem tuam a nobis? **Quando respici-**  
es exaudies nos? quando illuminabis  
oculos nostros et ostendes nobis faciem  
tuam? **Quando restitues te nobis? Respi-**  
ce domine exaudi illumina nos ostende no-  
bis teipsum. **Restitue te nobis ut bene sit**  
nobis sine quo tam mala est nobis. **Si**  
serare labores et conar? nostros ad te quod  
nihil ualemus sine te. **Inuita nos adiu-**  
ua nos. **Obsecro domine ne desperem su-**  
spirando. **Sed respire sperando Obsecro**  
domine amaricatū est cor meū sua desolatio  
ne induloza illud tua consolatio. **Obse-**  
cro domine esuriens incepti querere te ne  
desinam. **Ieiunus de te famelicus accessi**  
ne recedam impastus. **Paup ueni ad di-**  
uitē miser ad misericordiam ne redeam vacu-  
us et cōtēptus. **Et si anteq̄ comedam suspi-**  
ro da uel post suspiria quod comedam. **Do-**  
mie incuruat? nō possū nisi deorsū aspi-  
cere erige me ut possim sursum intendere.  
**Iniquitates mee supergressę sunt caput**  
meū: obuoluūt me et sicut on? graue gra-  
uant me. **Euolue me exonera me ne vi-**  
geat pute? eaz os suū sup me. liceat mi-  
hi suspicere lucē tuaz uel de lōge uel de  
p̄fūdo. **Doce me querere te et ostēde te**  
querētī quia nec querere te possū nisi tu  
doceas nec inuenirer nisi te oñdas. **Que-**  
ram te desiderādo: desiderē querendo.  
inueniā amādo: amē inueniēdo. **Sa-**  
teor domine et gratias ago quia creasti in  
me hanc imaginē tuā ut tui memor te co-  
gitem te amem. **Sed sic est abolita attri-**  
tione uiciorū sic est offuscata fumo pec-  
catorū ut nō possit facere ad quod facta  
est nisi te renoues et reformes eā. **Nō tē-**

pto domine penetrare altitudinē tuam.  
quia nullatenus cōparo illi intellectū me-  
um: sed desidero aliquatenus intelligere  
re ueritatē tuā quā credit et amat cor me-  
um. **Neq̄ enim quero intelligere ut cre-**  
dā sed credo ut intelligā. **Nā et hoc cre-**  
do quia nisi credidere nō intelligam.

**Et uere sit deus. Cap. II.**

**E**rgo domine qui das fidei intel-  
lectū da mihi ut quātū scis expe-  
dire intelligā quia es sicut credi-  
mus et hoc es quod credim?. **Et quidē cre-**  
dimus te esse aliquid quo nihil mai? cogi-  
tari possit. **An ergo nō est aliqua talis**  
natura quia dixit inspiens in corde suo  
non est deus. **Sed certe idem ipse inspi-**  
ens tum audit hoc ip̄m quod dico aliquid  
quo mai? nihil cogitari potest intelligit  
quod audit: et quod intelligit in intelle-  
ctu eius est etiā si nō intelligat illud esse  
Aliud est em̄ rem esse in intellectu. **Aliud**  
intelligere rem esse. **Nam cū pictor pre-**  
cogitat que facturus est: habet quidē in  
intellectu sed nondū esse intelligit quod  
nōdum fecit. **Aut uero iā pinxit et habet**  
in intellectu et intelligit esse quod iam fecit.  
**Conuincit ergo inspiens esse uel in intel-**  
lectu aliqd quo nihil maius cogitari po-  
test quia hoc cū audit intelligit et quicqd  
intelligit i intellectu est. **Et certe id quo**  
maius cogitari nequit nō potest esse in i-  
tellectu solo. **Si em̄ uel in solo intellectu**  
est pōt cogitari esset in re quod mai? ē. **Si**  
q̄ id quod mai? cogitari nō pōt est i solo in-  
tellectu id ip̄m quo mai? cogitari nō pōt  
sz certe h̄ esse nō pōt. **Existit ergo p**  
culdubio aliquid quo mai? cogitari nō  
ualet et in intellectu et in re.

**Et non possit cogitari non esse. III.**

**Q**uod utiq̄ sic uere est ut nec co-  
gitari possit nō esse. **Magis potest**  
cogitari esse aliquid quod nō pos-  
sit: cogitari nō esse: quod maius est: quā quod  
non esse cogitari potest. **Quare si id quod**  
mai? nequit cogitari potest cogitari nō

eē idip̄sū quo maius cogitari nequit nō est id quo maius cogitari nequit q̄d conuenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo maius cogitari non potest vt nec cogitari possit nō eē. Et hoc est domine deus noster. Si ergo vere es dñe deus meus vt nec cogitari possis nō esse et merito. Si em̄ aliqua mēs posset cogitare aliquid melius te ascēderet creatura super creatorē: et iudicaret de creatore quod valde est absurdū. Et quidem quicquid est aliud preter solū te potest cogitari nō esse. Solus igit̄ verissime oīm et ideo maxime oīm habes esse: quia quicquid aliud est: nō sit vere: et idcirco min⁹ habet esse. Cur itaq; dixit insipiens in corde suo nō est deus: cū causa in promptu sit rationali menti te maxime oīm esse? Cur nisi quia stultus et insipiens?

Quō insipiens dixit in corde suo q̄d cogitari non potest. Capitulum. III.

Vtū quō dixit in cogitatu quod cogitare nō potuit: aut quō cogitare non potuit q̄d dixit in corde: cū idē dicere sit in corde et cogitare. Q̄d si vere: imo q; vere: et cogitauit q; dixit in corde: et nō dixit i corde: q; cogitare nō potuit: non vno tantum mō dicitur aliquid in corde v̄l cogitat̄. Aliter em̄ cogitatur res: cū vox eam significās cogitatur: aliter tamen id ip̄m quod res est intelligit̄. Illo itaq; modo potest cogitari de⁹ nō esse: isto vero minime. Nullus quippe intelligēs id quod deus est: potest cogitare: quia deus nō est: licet h̄ verba dicat in corde aut sine vlla aut cū aliqua extranea significatōe. Deus em̄ est id quo mai⁹ cogitari nō potest. Q̄d qui bene intelligit vtq; intelligit idip̄sū sic esse vt nec cogitatōe q̄at nō esse. Qui ergo intelligit sic esse: deum nequit eum non esse cogitare. Gratias tibi bone domine: gratias tibi: quia quod pius credidi te donāte. Nam sic intelligo te illuminante: vt si te esse nolim credere: non

possim non intelligere.

Quod deus sit quicquid melius est eē quā non esse et solus existēs per se oīa alia facit de nihilo. Capitulum. V.

Quid igitur es dñe deus quo nihil mai⁹ valet cogitari Sed q̄s es: nisi q̄d summū oīm solū existens per seipm: oīa alia fecit de nihilo. Quicquid em̄ hoc nō est: min⁹ quā cogitari possit. Sed hoc de te cogitari nō potest q̄d ergo bonū deest sūmo bono: p̄ q̄d est oē bonuz? Tu es itaq; iustus: verax: beatus: et quicquid melius est esse quā non esse: melius namq; est esse iustum: quā non iustum beatū quā non beatū.

Quō sit sensibilis cū nō sit corp⁹. VI.

Vtū tum melius sit esse sensibilem omnipotētem misericordem impassibilem: quā non esse: quō es sensibilis si non es corpus: aut omni potēs si omnia nō potes: aut misericors simul et impassibilis? Nam si sola corporea sunt sensibilia qm̄ sensus circa corpus: et in corpore sunt: quō es sensibilis cum non sis corpus: sed sumus spūs qui corpore melior est. Sed si sentire nō est nisi cognoscere aut nisi id ad cognoscēdum qui enim sentit cognoscit: scdm̄ sensuuz proprietatem vt per visum colores per gustum saporēs? Non incōueniēter dicit̄ aliqm̄ sentire: quicquid aliomō cognoscit. Ergo dñe quis non sis corpus: vere tamen eo mō summe sensibilis es quo sume omnia cognoscis: nō quo animal corporeo sensu cognoscit. Capitulum. VII.

Quō sit op̄s cū multa non possit.

Ed et omnipotēs quō es si omnia nō potes? Aut si non potes corumpi: nec mentiri: nec facere verum esse falsum: vt quod factū est: nō esse factum et plura similiter: quō potes omnia? An hec posse: non est potētia si impotētia. Nam qui hec potest: quod si bi non expedit: et quod non debet potest que quanto magis potest tanto magis

n selmi

# Profologion

aduersitas et peruersitas possunt in illuz  
 z ipse minus contra illas. **Q**ui ergo sit  
 potest: nō potētia potest sed impotētia  
 Non enim dicitur posse: quia ipse possit  
 Sed quia sua impotētia facit aliud i se  
 posse sine aliq genere loquēdi sicut mul  
 ta improprie dicuntur: vt cū ponimus eē  
 pro non esse: z facere pro eo quod est nō  
 facere aut pro nihil facere. Nam sepe di  
 cimus ei qui rem aliquam esse negat: sic  
 est quem admoduz dicis esse: aut magis  
 proprie videatur dici sic non est quem  
 admodum dicis nō esse. **I**te dicim⁹ iste  
 sedet sicut ille facit: aut iste quiescit sicut  
 ille facit. cū sedere sit quiddā non facere  
 et quiescere sit nihil facere. **S**ic itaq; cū  
 quis dicitur habere potētiā faciēdi aut  
 paciēdi quod sibi non expedit aut qd  
 non debet impotētia intelligit per potē  
 tiam: quia quo plus habet hāc potētiāz  
 es aduersitas z peruersitas in illum sūt  
 potētiōres z ille cōtra eas impotētiōr.

**E**rgo dñe dō: inde veri⁹ z oēs q; potes  
 nihil p ipotētiā: z nihil potes contra te.

**Quō sit misericors z impassibil. VIII.**

**S**ed et misericors simul z impas  
 sibilis quō es? **N**ā si es impassibilis non cōpateris: si nō cōpa  
 teris: non est tibi miserū cor ex compassi  
 one miseri quod est esse misericordē. **A**t  
 si non es misericors vnde miseris est tā  
 ta consolatio? **Q**uō ergo es z nō es mi  
 sericors domie? nisi q; es misericors se  
 cū dū nos: z nō es secū dū te. **E**s quip  
 pe secū dū sensū nostrū: z nō es secū dū  
 tuuz. **E**tem cū tu respicis nos miseros:  
 nos sentim⁹ misericordis effectū: tu nō  
 sentis affectū z misericors es. **I**git quia  
 miseros saluas z peccatorib⁹ tuis parcl  
 et misericors nō es q; nulla miserie com  
 passione afficeris.

**Quō totus iustus z sūme iustus par  
 cat malis z qd iuste misereat malis. IX.**

**T**eruz malis quomō parclis si es  
 tot⁹ iust⁹ z sūme iust⁹? **Q**uō em

totus z sūme iustus facit aliquid nō ius  
 tum? **A**ut que iusticia est merēti merēte  
 eternā dare vitā sempiternā? **U**nde er  
 go bone deus: bone bonis z malis: vnde  
 de tibi saluare malos si hoc nō est iustuz  
 et tu nō facis aliquid nō iustū? **A**n quia  
 bonitas tua est incōprehēnsibilis later h  
 in luce inaccessibili: quā inhabitas? **V**e  
 re in altissimo z secretissimo bōitatis tue  
 later fons vnde manat fluii? misericor  
 die tue. **N**ā cuz totus z sūme iustus sis.  
 tamen idcirco etiāz malis benignus es:  
 quia totus sūme bonus est. **A**din⁹ nāq;  
 bonus esses si nulli malo esses benign⁹.  
**M**elior em est qui z bōis et malis bon⁹  
 est quā qui bonus tātum est bonus. **E**t  
 melior est qui malis z puniēdo z parcē  
 do est bonus: qm qui puniēdo tm̄. **I**deo  
 ergo misericors es: quia totus z summe  
 bonus es. **E**t cum forsitan videatur  
 cur bonis bona z malis mala: retribuas  
**I**llud certe penitus est mirādum cur tu  
 totus z summe iustus: z nullo egēs mal  
 et reis tuis bona retribuas. **A**ltitudo  
 bonitatis tue de⁹ z videtur vnde sis mi  
 sericors et nō pervidetur. **L**ernitur vnde  
 de flumie manat z nō pspicitur fons vn  
 de nascitur. **N**am z de plenitudine bo  
 nitatis est: quia peccatorib⁹ tuis pius es  
 et in altitudine bonitatis later: quia raz  
 tione hoc es. **E**tenim licet bonis bona z  
 malis mala: ex bonitate retribuas ratio  
 tamen iusticie hoc postulare videtur.

**C**um vero malis bona tribuis et scitur  
 quia summe bonus hoc facere voluit et  
 mix est cur sūme iust⁹ h velle potuit? **D**  
 misericordia dei: de q; opulēta dulcedie  
 z dulci opulētia nobis pfluus. **D**immē  
 sitas bonitatis dei q; affectu amanda es  
 pctōrib⁹. **I**ustos em saluas iusticia comi  
 tante: istos vere liberat iusticia dāpnā  
 te. **I**llos meritis adiuvātibus: istos me  
 ritis repugnātibus. **I**llos bona que de  
 disti cognoscendo: istos mala que odisti  
 ignoscendo. **D**immēsa bonitas que sic  
 f ij

intelligere.  
 ut quicquid melius est et  
 us exiles per se oia  
 Capitulo  
 gatur es dñe deus quom  
 ai⁹ valet cogitari. Sed  
 si qd summū oim solū  
 m: oia alia fecerit pe  
 nō est: min⁹ quā cog  
 ed hoc vete cogitari nō p  
 i deest sumo bono: qd est  
 u es itaq; iustus: vtrabes  
 uid melius est esse quā non  
 tam q; est esse iustum quā  
 eam quā non beari.  
 bilis cū nō sit corp⁹. **I**  
 m melius sit esse sentio  
 mporētem misericordie  
 ibilem: quā non esse qui  
 non es corpus: aut om  
 a nō potes: aut miseras  
 bilis: **N**ā si sola compo  
 i qui sensus arca corp⁹  
 ut: quō es sensibilis cur  
 e: sed sumus spūs qui  
 si. **S**ed si sentire nō est  
 ut nisi id ad cognoscēdū  
 tu cognoscat: sicut sensus  
 m vt per vltim colores pe  
 oces: **N**on incōueniēter  
 tēre: q; quid aliomō cogno  
 ie q; quis non se corp⁹: nō  
 nō summe sensibilis es qui  
 cognoscat: nō quo amari  
 u cognoscat. **C**a. VI  
 ps cū multa non possit  
 z omnipotēs quō es sum  
 iō potes? **A**t si non potes  
 impi: nec meminerit tū  
 tallum: vt quod faciēdi  
 z plura similitur: quomō  
 hec posse: non dicitur f  
 Ram qui beo potest  
 dit: z quod necesse potest  
 magis potest tūmo mag

omnem intellectum excedis: veniet super me misericordia illa: que de tanta opulenta tua procedit. Inluat in me que profluit de te. Parce per clementiam ne vlciscaris pro iustitiam. Nam et si difficile sit intelligere quomodo misericordia tua non absit a tua iusticia: necessarium tamen est credere quia nequaquam aduersatur iusticie quod exundat ex bonitate que nulla est sine iusticia imo vere concordat iusticie. **N**epe si misericors es: quia es summe bonus: et summe bonus non es: nisi quia es summe iustus: vere idcirco es misericors quia summe iustus es. Adiuua me iuste et sume et misericors deus cuius lucez quero adiuua me ut intelligam quod dico. Vere ergo ideo misericors es quia iustus. Ergo ne misericordia tua nascitur ex iusticia tua? Ergo ne parcis malis ex iusticia? Si sic est domine: si sic est: doce me quomodo est? An quia iustum est te sic esse bonum ut ne queas intelligi melior: et sic poteret operari ut non possis cogitari potentius? Quid enim hoc iustius? Hoc utique non fieret si esses bonus tantum retribuendo et non parcendo: et si faceres de non bonis tantum bonos: et non etiam de malis. Hoc itaque modo iustum est ut parcas malis et ut facias bonos de malis. **D**enique quod non iuste fit non debet fieri: et quod non debet fieri iniuste fit. Si ergo non iuste malis misereri non debes misereri. Et si non debes misereri iniuste misereris. Quod si nefas est dicere fas est credere te iuste misereri malis.

**Q**uomodo iuste puniat et iuste parcat mal. **X**

**E**t iustum est ut malos punias: quid namque iustius. quam ut boni bona et mali mala recipiant. **Q**uomodo ergo et iustum est ut malos punias et iustum est ut malis parcas? An alio modo iuste punis malos: et alio modo iuste parcis malis. **L**uz enim punis malos: iustum est: quia illorum meritis convenit: cuius vero parcis malis: iustum est: non quia

illoz meritis: sed quia bonitati tue commensuratus est. **N**am parcendo malis ita iustus es secundum te et non secundum nos: sicut misericors es secundum nos et non secundum te: quoniam saluando nos quos iuste perderes sicut misericors es non quia tu sentias affectum sed quia nos sentimus effectum ita iustus es non quia nobis reddas debitum: sed quia facis quod decet te summe bonum. **S**ic itaque sine repugnancia: iuste punis et iuste parcis.

**Q**uomodo vniuersae viae domini misericordia et veritas: et tamen iustus dominus in omnibus viis suis. **C**apitulum XI.

**E**t nunquid etiam non est iustum secundum te domine: ut malos punias. **I**ustum quippe est te sic esse iustum ut iustior nequeas cogitari. **Q**uomodo nequaquam esses si tantum bonis bonas: et non malis mala redderes. **I**ustior enim est qui et bonis et malis quare qui bonis tantum merita retribuit. **I**ustum igitur est secundum te: iuste et benigne deus: et cum punis: et cum parcat.

**V**ere igitur vniuersae viae domini misericordia et veritas: et tamen iustus dominus in omnibus viis suis. **E**t utique sine repugnancia quia quos vis punire: non est iustum saluari et quibus vis parcere non est iustum damnari. **N**am id solum iustum est quod vis: et non iustum quod non vis. **S**ic ergo nascitur de iusticia tua misericordia tua quia iustum est te sic esse bonum ut et parcendo sis bonus: et hoc forsitan est cur summe iustus potest velle bona malis.

**S**ed si utrumque capi potest cur malos potes velle saluare illud certe nulla ratione comprehendere potest: cur de similibus malis hoc magis salues quam illos per summam bonitatem et illos magis damnes quam istos per summam iustitiam. **S**ic ergo vere es sensibilis omnipotens misericors et impassibilis quemadmodum viuens sapiens bonus beatus eternus: et quicquid melius est esse quam non esse.

Inselmi

# Profologion

**Q**uod deus sit ipsa vita qua viuunt et sic de similibus. **Capitulum. XII.**

**S**ed certe quicquid es non per aliud es quam per te ipsum. Tu es igitur ipsa vita qua viuunt. et sapientia quam sapientia et bonitas ipsa qua bonis et malis bonus es et ita de similibus.

**Q**uomodo solus sit incircumscribitus et eternus cum alij spiritus sint in circumscripti et eterni. **Capitulum. XIII.**

**S**ed omne quod clauditur aliquatenus loco aut tempore minus est quam quod nulla lex loci aut temporis cohercet. Quia ergo maius te nihil est nullus locus aut tempus te cohibet. sed ubique et semper es. quod quod de te solo dici potest. tu solus incircumscribitus es et eternus. Quomodo igitur dicuntur et alij spiritus incircumscribiti et eterni? Et quidem solus es eternus quia solus omnium sicut non definitis sic non incipis esse. Sed solus quomodo es in circumscribitus? An creatus spiritus ad te collatus? circumscribitus ad corpus? Quomodo incircumscribitus? Nempe omnino circumscribitus est quod cuius alicubi totus est non potest simul esse alibi quod de solis corporis cernitur. Incircumscribitus vero quod simul est ubique totum quod de te solo intelligitur. Circumscribitus autem simul et circumscribitus est quod cum alicubi sit totum potest simul esse totum alibi non tamen ubique quod de creatis spiritibus cognoscitur. Si enim non esset anima tota in singulis membris sui corporis. non sentiret tota in singulis. Tu ergo domine singulariter es incircumscribitus et eternus: et tamen et alij spiritus sunt incircumscribiti et eterni.

**Q**uomodo et cur videtur et non videtur deus a querentibus eum. **XIII.**

**N**on inuenisti anima mea quod querebas? Querebas deum: et inuenisti eum esse quiddam summum omnium: quod nihil melius cogitari potest: et hoc est vitam ipsam lucem sapientiam: bonitatem: eternam beatitudinem et beatam eternitatem: et hoc esse

ubique et semper. **N**am si non inuenisti deum tuum quod est ille: hoc quod inuenisti? et quod illum tam certa veritate et vera certitudine intellexisti? Si vero inuenisti: quid est quod non sentis quod inuenisti? Cur non te sentit dominus deus anima mea si inuenit te? An non inuenit quem inuenit esse lucem et veritatem? Quomodo namque intellexit hoc: nisi videndo lucem et veritatem. Aut potuit omnino aliquid intelligere de te nisi per lucem tuam et veritatem tuam. Si ergo vidit lucem et veritatem vidit te. Si non vidit te non vidit lucem nec veritatem. An et veritas et lux est quod vidit: et tamen non vidit te vidit quia vidit te aliquatenus: et non vidit te sicuti es. **D**omine deus meus? Formator et reformato: meus dic desiderasti anime mee quid aliud es quam quod vidit ut pure videat quod desiderat. Intendit se ut plus videat et nihil videt ultra hoc quod vidit nisi tenebras imo non vidit tenebras que nulle sunt in te: sed videt se non plus posse videre propter tenebras suas. **C**ur hoc domine: cur hoc? Tenebras oculus eius? infirmitate sua aut reuerberatur fulgore tuo. Sed certe et tenebratur in se et reuerberatur a te. **U**bi quod et obscuratur sua breuitate et obruitur tua immensitate. Vere et contrahit angustia sua et vincit amplitudine tua. Quanta namque est lux illa de qua micat omne verum: quod rationali menti lucet? Quam ampla est illa veritas in qua est omne quod verum est et extra quam non nisi nihil et falsum est? Quam immensa est: que vno intuitu videt quecumque facta sunt et a quo et per quem et quomodo de nihilo facta sunt: quid puritatis quid simplicitatis quid certitudinis et splendoris ibi est. Certe plusquam a creatura valeat intelligi.

**Q**uomodo maior sit quam cogitari possit. **XV**  
**E**rgo domine non solum es quo maius cogitari nequit: sed es quiddam maius quam cogitari possit. Quomodo namque valet cogitari esse aliquid  
f ij

is: sed quia bonitas...  
i parcedo malis...  
on scdm nos: sicut...  
nos et non scdm...  
quos iuste perdes...  
no quia tu sentias...  
sentimus effectus...  
ne reddas debum...  
d decet te summe...  
reputant: iuste...  
rie vna mifericordia...  
vni iustus dñs in...  
Capitulum. XI.  
nquid eni non est...  
domine: vt malos...  
tum quippe est te...  
nequeas cogitari...  
si tantum bonus...  
la redderes iustici...  
et malis quas qui...  
retribuit. Iustum...  
iuste et benigne...  
in parna. Vere igit...  
mifericordia et...  
tus domine in om...  
tas sine repugnã...  
re non est iustum...  
parcere non est...  
solum iustum est...  
um quod non vis...  
iusticia tua miferic...  
est te sic esse bonum...  
nus: et hoc forsitan...  
ff velle bona malis...  
ipi potest cur malos...  
illud certe nulla...  
vest: cur de similib...  
lucis opã illos per...  
et illos magis...  
mmam iustitiam...  
s omnipotens mifer...  
uem admodum mifer...  
anus eternus: et quicquid...  
uã non esse.

huiusmodi. Si tu nō es hoc ip̄m. pōt cogitari aliqd̄ maius te qđ fieri nequit.

Et hec sit lux inaccessibilis quā inhabitat.

Capitulū. XVI.

**V**ere dñe hec ē lux inaccessibilis in qua habitas. Vere em̄ nō est aliud qđ hanc penetret vt ibi te pvideat. Vere ideo hanc nō video quia nimia mihi est: et tñ quicqd̄ video p̄ illaz video sicut infirm⁹ oculus qđ videt per lucē solis videt, quā in ipso sole nequit asp̄icere. Non pōt intellectus meus ad illā. Nimis fulget. nō capit illā. nec suffert oculus aie mee diu intendere in illā. Reuerberat fulgore vincit̄ amplitudie obruit̄ immensitate cōfundit̄ capacitatem

Summa et inaccessibilis lux, o tota et beata veritas. qđlōge es a me qui tam ppe tibi sum. Remota es a conspectu meo qđ sic p̄s sū. aspectui tuo. Ubique es tota p̄sēns. et nō te video. In te moneor et in te sum et ad te nō possū accedere. Intra me et circa me es et nō te sc̄tio.

XVII

Et in deo sit armonia odor. sapor. lenitas. pulcritudo suo ineffabili modo.

**A**dhuc lates dñe animā meam in luce et beatitudine tua et idcirco versatur illa adhuc in tenebris et miseria sua. Circūspicit em̄ et nō vidit pulcritudinē tuā. Auscultat et nō audit armoniā tuā. Olfacit et nō percipit odorem tuū. Gustat et cognoscit saporē tuū. Palpat et nō sentit lenitatē tuā. Habes em̄ hec dñe deus in te tuo ineffabili modo qui ea dedisti rebus a te creatis suo sensibili modo sed obriguerūt sed obstupuerunt. s̄ obstructi sunt sensus aie mee vetusto languore peccati.

Et in deo. nec in eternitate eius qđ ip̄e est nulle sint partes.

Capit. XVIII

**E**t iterū ecce turbacio: ecce iterū obuiat meror et luctus querenti gaudiū et leticiā. Sperabat iam anima mea facietatē. et ecce iterū obruit̄ egestate. Affectabā iam comedere. et es-

ce magis esurio. Conabar assurgere ad lucē dei et recidi in tenebras meas. Imo nō modo cecidi in eas. sed sentio me inuolutum in eis. Ante cecidi qđ cōciperet me mater mea. Certe in illis conceptus sum. et cū eaz̄ obuolutione natus sum.

**Q**uomodo certe in illo oēs cecidimus: in quo oēs peccauimus. In illo oēs pdidimus qui facile tenebat. et male sibi et nobis pdidit. qđ cū volumus querere nescimus cū querimus nō inuenimus. cū inuenimus nō est qđ querimus. Adiuua me tu ppter bonitatē tuā dñe. Quesiui vultū tuum. vultū tuū requirā ne auertas faciem tuā a me. Releua me de me ad te.

Munda. sana. acue. illumina oculū mētis mee vt intuear te. Recolligat vires suas anima mea. et toto intellectu iterū intendat in te dñe. Quid es dñe quid es? quid te intelliget cor meū? Certe vita es. sapiētia es. veritas es. bonitas es. beatitudo es. eternitas es. et omne verū bonū es. Abulta sunt hec: nō potest angustus intellectus meus totus vno siml̄ intuitu videre vt omnib⁹ simul delectet.

**Q**uomodo ergo domie es omnia hec? An sunt partes tui aut potius vnū qđqđ horum totum est qđ es? Nam quicquid est partibus iunctū nō est omnino vnū. sed quodāmodo plura. et diuersum a se ipso et vel actu intellectu dissolui potest que aliena sunt a te quo nihil melius cogitari potest. Nulle igit̄ partes i te sūt dñe. nec es plura. s̄ sic es vnū quoddā et idē tibi ip̄s. vt in nullo tibi ip̄s sis dissimilis. immo tu es ipsa vnitas nullo intellectu diuisibilis. Ergo vita et sapiētia et reliq̄ nō sunt partes tui. sed omnia sunt vnū et vnū quodqđ horū est totū qđ es. et qđ sunt reliqua omnia. Quō nec tu habes partes nec tua eternitas que tu es. nusq̄ et nunq̄ est pars tua. aut eternitatis tue: sed vbiq̄ totus es et eternitas tua tota est semper.

Et nō sit in loco aut tempore sed om-

Inselmi

# Profologion

nia sint in illo. **Capitulū. XIX.**

**S**ed si per eternitatem tuā fuisti: et es: et eris: et fuisse nō est futurū esse: et esse nō est fuisse vel futurū esse: quō eternitas tua tota ē semp? An de eternitate tua nihil p̄terit? ut iaz non sit nec aliquid futurū est: quasi nō dum sit? Nō ergo fuisti heri: aut eris cras. Sed heri et hodie et cras es: imo nec heri: nec hodie: nec cras es. Sed simpliciter es extra omne tempus. Nā nihil aliud ē heri: et hodie et cras: quā in tpe: tu autē licet nihil sit sine te: non es tamen in loco aut tempore sed oīa sunt in te: nihil em̄ te cōtinet: sed tu continēs oīa.

**Q**uā sit aī et vltra oīa etiā eterna. **XX.**

**T**ergo imple et complecteris omnia: tu es ante et vltra oīa. Et quidez ante oīa es: quia anteq̄ fierent tu es. Ultra oīa vero quomō es? Qualiter em̄ es vltra ea que finē nō habebūt? An quia illa sine te nullatenus esse possūt? Tu autē nullo modo minus es: etiā si illa redeāt in nihilū. Sic em̄ quod amō es vltra illa. An etiā quia illa cogitari possūt habere finē tu vero nequāq̄: Nā sic illa quidē habent finē quoda: mō: tu vero nullo mō: Et certe qd̄ nullo mō habet finē: vltra illud est: qd̄ aliquo mō finitur. An hoc quoq; mō transis oīa etiā eterna quia tua et illozū eternitas tota tibi p̄sens est: cū illa nondū habeant de sua eternitate qd̄ venturū est: si cut iā non habent quod p̄teritū est? Sic q̄ppe semp es vltra illa: cuz semp ibi sis p̄sens: seu cū illud semp sit tibi p̄sens ad quod illa nōdum peruenerūt.

**An hoc sit seculū seculi siue secula seculozum. Capitulū. XXI.**

**H**ergo hoc est seculū seculi siue secula seculozū? Sicut em̄ seculozū tempoz cōtinet oīa tēpora: ita sic tua eternitas cōtinet etiā ip̄a secula tempozū. Quod seculū quidez est propter indiuisibilē vnitatē: secula vero

propter interminabilē immēsitatem. Et quāuis ita sis magn⁹ domie vt oīa sint te plena et sint in te: sic tamē es sine omī spacio vt nec mediū nec dimidiū nec vl la pars sit in te.

**Q**uā solus sit quod est et qui ē. **XXII.**

**U**sol⁹ ergo domie es quod es: et tu es qui es. Nā quod aliud ē in toto et aliud in partibus: et in q̄ aliqd̄ est mutabile nō oīno ē qd̄ est. Et qd̄ incepit a nō esse: et p̄t cogitari nō eē et nisi p̄ aliud subsistat redit i nō esse: et qd̄ habet fuisse: quod iam nō est: et futurum esse: quod non dum est id nō est pprie et absolute. Tu vero es quod es: quia qc̄ quid aliquādo aut aliquo mō es. hoc totus et semper es. Et tu es qui pprie et simpliciter es: quia nec habes fuisse aut futurū esse: sed tantuz p̄sens esse nec potes cogitari aliquādo nō esse. Sed vita es: et lux: et sapiētia et beatitudo: et eternitas et multa huiusmodi bona et tamen non es nisi vnū et summuz bonū cū tibi omnino sufficiens: nullo indigens: quo omnia indigent vt sint: et vt bene sūt.

**Q**uā hoc bonū sit pariter pater et filius et sp̄s sanctus et hoc sit vnum necessariū qd̄ est omne et totū et solū bonū. **XXIII.**

**H**oc bonuz es tu deus pater hoc est verbum tuum id est filius tuus. Etenim non potest aliud q̄ quod es aut aliquid maius vel min⁹ te esse in verbo que teip̄sū dicis: qm̄ verbū tuum sic est verum quomō tu verax. Et idcirco est ipsa veritas sicut tu non alia q̄ tu: et sic es tu simplex vt de te non possit nasci aliud: quā quod tu es. Hoc ipsum est amor vnus: et cōmunis tibi et filio tuo id ē factus sp̄s: ab vtroq; procedens. Nā idem amor nō est impar tibi a filio tuo: quia tm̄ amas te et illū: et ille te et seip̄s: quāt⁹ es tu et ille nec ē aliud a te et ab illo quod dispar nō est tibi: et ille nec de sūma simplicitate potest procedere aliud quā quod est de quo p̄cedit.

Quod autem est singulis quisque hoc est tota trinitas simul pater et filius et spiritus sanctus quia singulis quisque non est aliud quam summe simplex unitas: et summe una simplicitas: que nec multiplicari: nec aliud et aliud esse potest. Porro unum est necessarium porro hoc est illud unum necessarium in quo omne bonum imo quod est omne et unum totum et solum bonum.

Coniectatio quale et quantum sit hoc bonum.

Capitulum. XXIII.

**E**xita nunc anima mea et exigo totum intellectum tuum et cogita quantum potes: quale et quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt cogita intente quod delectabile sit illud bonum: quod continet iocunditatem omnium bonorum: et non quale in rebus creatis sum? expropterea: quanto differet: quanto differt creator a creatura. Si enim bona est vita creata quam bona est vita creatrix? Si iocunda est salus facta quam iocunda est salus que facit omnem salutem. Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum quam amabilis est sapientia que omnia condidit ex nihilo? Denique si multe et magne delectationes sunt in rebus delectabilibus qualis et quanta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia?

Que et quanta bona sint fruendum? eo. XXV

**Q**ui hoc bono fruetur, quid illi erit et quid illi non erit? Certe quicquid volet erit et quod nolet non erit. Ibi quippe erunt bona corporis et anime qualia nec oculum vidit nec auris audiuit nec cor hominis cogitavit. Cur ergo per multa vagaris hominatio querendo bona anime tue et corporis tui? Ama unum bonum in quo sunt omnia bona: et sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum: et satis est. Quid enim amas caro mea? quod desideras anima mea? Ibi est: ibi est: quicquid amatis: quicquid desideratis. Si delectat pulchritudo: fulgebant iusti sicut sol. Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis cui nihil obistere possit: erunt similes angelis dei:

quia seminatur corpus animale: et surgit corpus spirituale potestate utique non naturalis. Si longe et salubris vita: ibi sana est eternitas et eterna sanitas: quia iusti impetuum vivunt: et salus iustorum a domino. Si facietas: faciabunt cum apparuerit gloria dei. Si ebrietas: inebriabunt ab ubertate domus dei. Si melodia: ibi angelorum chori concinunt sine fine deo. Si quelibet non immunda: sed munda voluptas: torrente voluptatis tue potabit eos deus. Si sapientia: ipsa dei sapientia ostendet eis seipsam. Si amicitia: diliget deus omnes quos seipos et inuicem tamquam seipos: et deus illos plusquam illi seipos: quia illi illi esse et inuicem per illius: et ille se et illos per seipsum. Si concordia omnibus illis erit una voluntas: quia nulla illis erit nisi sola dei voluntas. Si potestas: omnipotentes erunt sue voluntatis ut deus sue. Nam si poterit deus quod volet per seipsos ita poterunt illi quod volent per illius: quia sicut illi non aliud volent: quam quod ille ita ille volent quicquid ille volent: et quod ille volent non poterit non esse. Si honor et divitie: deus servos suos bonos et fideles supra multa constituet imo filii dei et dei vocabuntur et ubi erit filius eius ibi erunt et ille: heredes quidem dei: coheredes autem christi. Si vera securitas certe ita certi erunt nunquam et nullatenus ista: vel potius istud bonum sibi defuturum: sicut certi erunt se non sua sponte: illud amissuros: nec dilectorem deum illud dilectoribus suis iniustus ablatum nec aliquid deo potentius iniustus ablatum nec aliquid deo potentius iniustus ablatum. Gaudium vero quale aut quantum est: ubi tale aut tantum bonum est? Cor humanum cor indigens: cor expertum erunas: imo obrutum erunas quantum gauderes si hijs omnibus abundares? Interroga intima tua si capere possint gaudium suum de tanta beatitudine sua. Sed certe si quis alius quem omnino sicut teipsum diligeres eandem beatitudinem haberet duplicare

Inselmi

# Monologion

tur gaudium tuū: quia non minus gauderes pro eo quā p teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures idipm haberent tantundem pro singulis quantū p teipso gauderes: si singulos sicut teipm amares. Ergo in illa perfecta caritate innumerabilium angeloz beatorum z hominum: vbi nullus minus diliger aliu quā seipm: non aliter gaudebit quisq; p singulis alijs quam pro seipso. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiet et gaudium suuz quomō capax erit tot et tantorum gaudiorū? Et vtiq; quoniam quātum quisq; diligit aliquem: tantum de bono eius gaudet sicut in illa perfecta felicitate vnusquisq; plus amabit sine comparatōe deum quā se et omnes alios secum ita plus gaudebit absq; estimatiōe de felicitate dei quā de sua z omnium aliorum secum. Sed si deum sic diligent toto corde: tota mente tota anima: vt tamen totum cor: tota mens tota anima non sufficiat dignitati dilectōis: profecto sic gaudebunt toto corde tota mente tota anima vt totum cor: tota mens: tota aīa nō sufficiat plenitudini gaudij.

**In hoc sit gaudium plenum quod promittit dominus. (Capitulū. XXVI)**

dicit eam verbo eius. Nā q̄ dicit verbo  
dicit: z verbū aliter est verbū idest simi-  
litudō. Si nihil aliud dicit q̄ se aut crea-  
turaz nihil dicere potest: nisi aut suo aut  
eius verbo. Si ergo nihil dicit dō crea-  
ture quicqd̄ dicit verbo suo dicit. Uno  
igitur eodēqz verbo dicit seipm et que-  
cunqz fecit.

De suo verbo videri possit dicere crea-  
turam. Capitulū. XXXIII.

**E**d quō tā differētes res scilicet  
creans z creata essentia dici pos-  
sit vno verbo: p̄sertim cū verbū  
ip̄m sit dicēti coeternū creatura autē non  
sit illi coeterna forsitan quia ip̄a est sum-  
ma sapiētia z sūma ratio in qua sūt om-  
nia que facta sūt quēadmodum op̄ qd̄  
fit scdm̄ aliquā artem nō solū quādo fit  
verum z anteqz fiat et postqz dissoluitur  
semp̄ est in ipsa arte. Non aliud quā qd̄  
est ars ip̄a idcirco cū summ⁹ ip̄e sp̄s di-  
cit seipm dicit oīa que facta sūt. Nam et  
anteqz fierēt z cū iā facta sūt z cū corrupū-  
tur seu aliquo mō variātur semp̄ in ipso  
sunt nō q̄ sunt in seipis: sed q̄ est idē ip̄e  
Etenim in seipis sūt essentia mutabi-  
lis scdm̄ immutabilē rationē creata i ip-  
so vero sūt ip̄a prima essētia z prima exi-  
stendi veritas cui prout magis vtiqz  
illa similia sint: ita verius z p̄stātius exi-

Inselmi

# Monologion

stunt. Hoc itaq; modo hoc irrationabi-  
liter asseri potest quia cum seipm dicit su-  
mus ille spūs dicit etiaz quicquid factuz  
est vno eodemq; verbo. Verum cū con-  
stet quia verbū eius cōsubstantialē est illi  
et pfecte simile necessario cōsequitur vt  
oia que sūt in illo eadem z eodē mō sint  
in verbo eius. Quicqd igit factū est si-  
ue viuat siue nō viuat aut quocūq; sit in  
se: in illo est ipa vita et veritas. Quā autē  
idē ē sūmo spiritui scire q̄ intelligere vt  
dicere necesse est q̄ eodez mō sciat oīnia  
que scit quo ea dicit aut intelligit.

**Quicquid factum est in eius verbo z  
scientia sit vita z veritas. XXXIII.**

**Q**uemadmoduz igitur oia sūt in  
verbo eius vita z veritas ita sūt  
in scientia eius. Quia ex re mani-

festissime pprehēdi potest quō dicat idē  
spūs vel quō sciat ea que facta sūt ab hu-  
mana sciētia cōprehēdi nō posse. Nam  
nulli dubiū creatas sbas multo aliter es-  
se in seipis q̄ in nostra sciētia i seipis nā  
q̄ sunt per ipam suā essentiā in nra vero  
sciētia nō sunt eaz essentie sed earū simi-  
litudines. Restat igit vt tāto verius sint  
in seipis quā in nostra sciētia: quāto veri-  
us sunt alicubi per suā essentiā quā p su-  
am similitudinē.

**Incōprehensibili mō dicat vel sci-  
at res a se factas. Capitulū. XXXV.**

**Q**uā ergo h̄ constat qz ois crea-  
ta substantia tanto verius est in  
verbo: id est intelligētia creato-  
ris quā in seipā: quāto veri⁹ existit crea-  
trix q̄ creata essētia quō cōprehēdat hu-  
mana mēs cui⁹ sit illud dicere z illa sciē-  
tia que sic longe superior: z verior ē crea-  
tis substantijs si nostra sciētia tā lōge su-  
peratur ab alijs quātū earuz similitudo  
distat ab eaz essentia.

**Quicquid ipse est ad creaturā h̄ sit et  
verbū ei⁹ nec tñ ambo pliter. XXXVI**

**U**erū tamē manifeste rōes supe-  
riores doceāt summū spm pver-

bum suū fecisse oia nunqd nō z ipm ver-  
bum fecit eadē oia. Quā em̄ illi est cōs-  
stātiale cuius est verbū necesse est vt sit  
sūma essentia Summa autē essentia non  
est nisi vna que sola creatrix z solū prin-  
cipium est oim que facta sūt Ipa namq;  
sola fecit nō p aliud quam p se oia ex ni-  
hilo. Quare quecūq; sūmus spūs facit  
eadē z verbū eius facit simplici. Quic-  
quid igitur sūmus spūs est ad creaturā  
h̄ et verbū eius est et similiter nec tamen  
ambo simul pliter quia non sunt plures  
creatrices sūme essentie Sicut igit ille ē  
creator rex z principū sic z verbus eius  
nec tamen sunt duo sed vnus creator et  
vnū principium.

**Quid dicit nō possit quid duo sint q̄uis  
necesse sit esse duos. Cap. XXXVII.**

**Q**uidiose itaq; attēdendū ē quī-  
dē quod valde insolitū alijs re-  
bus in sūmo spū z verbo ei⁹ vi-  
detur euenire. Nam certū ē sic vnicuiq;  
singulatim vt et vtriusq; simul inesse q̄:  
quid sunt in essentia et quicquid sunt ad  
creaturā vt z singulatim perfectū sit am-  
bobus et tamen pluralitatē non admit-  
tat in duobus: licet em̄ singulatim et ille  
perfecte sit sūma veritas z creator z ver-  
bus eius sit summa veritas z creator nō  
tamen ambo simul sūt due veritates aut  
duo creatores Sed cū hoc ita sint: miro-  
tamē mō apertissimū est quia nec ille cui-  
us verbum ē potest esse verbus suū nec  
verbum potest esse ille cuius est verbum  
vt in eo quod significat vel quid sint sb-  
stātialiter vel quid sint ad creaturā sem-  
per indiuiduam teneāt vnitatem. In eo  
vero q̄ ille nō existo est h̄ autē est ex il-  
lo ineffabilem admittāt plalitatē ines-  
fabilez certe. Quis em̄ necessitas cogat  
vt sint duo nullo tamen mō exprimi po-  
test quid duo sint. Nā z si forte duo pa-  
res aut aliquid aliud similiter ad inuicē  
possint dici in hīs ipis tamē relatiuis si  
queratur quid sit illud de quo dicuntur

h

non potest dici pluraliter quæadmodum dicuntur due pares linee aut duo hoies similes. Quippe nec sunt duo pares spūs nec duo pares creatores nec duo aliqd q̄ significet eorū aut essentiam aut habitudinem ad creaturam sed nec duo aliqd quod designet ppriā habitudinez alterius ad alterum quia nec duo verba nec due ymagines: verbū nāq̄ hoc ipm qd̄ verbum est aut ymago ad alterū est et sic ppria sunt hoc alterius vt nequa q̄ alteri coaptetur. Nam ille cuius est verbū aut ymago nec ymago nec x̄bū est.

Idem verbum sit a summo spiritu nascendo. Capitulum XXXVIII.

Constat igitur q̄ exprimi nō potest: quid duo sint: summ⁹ spūs: et verbum eius: q̄uis quibusdā singulorū pprietatibus cogatur eē duo. Et enim pprium est esse vnius ex altero et pprium est alterius alterū esse ex illo. Quod ipm nullo vtq̄ verbo videt̄ familiarius posse pferri quā si dicatur pprium esse vnius nasci ex altero et pprium alterius nasci atq̄ ex ipō. Tertū nāq̄ iam cōstat q̄ verbum summi spūs non sic est ex eo quæadmodum ea que ab illo facta sūt: q̄ quæadmodū creator de creatore summi et de summo et vt plena breuitate omnimoda absoluat similitudo peritus idem ipm est de eodē ipōzita vt nullatenus sit nisi ex eo. Cū igit̄ pateat verbū summi spiritus sic esse ex ipō solo vt pfectam eius quasi proles parētis teneat similitudinem nec sic esse ex eo vt fiat ab ipō perfecto nullo mō pueniētius cogitari potest ex illo esse quā nascēdo.

Tempe si immutabiles res indubitāter dicuntur nasci ex hīs ex quibus habentur sint: cū nullam eorū ex quibus nasci dicuntur teneat similitudinē sicut proles parētis. Dicimus enī capillos nasci de capite et poma ex arboze licet nec illi capitis nec illa arboris similia sint. Si inq̄ multa huius dicuntur nasci non absurde tāto

congruētius dici potest verbū summi spiritus ex illo existere nascēdo quāto pfectius quasi ples parētis trahit ei⁹ similitudinē ex illo existendo.

Verissime illud sit parēs illud vero proles. Capitulum XXXIX.

Quod si cōueniētissime dicitur nasci et tam simile est illi de quo nascitur: cur estimetur simile quasi ples parenti et non potius asserat: quia quādo verior est ille parēs et istud ples quāto magis et ille ad huius necessitatis pfectionem sol⁹ sufficit et quod nascitur eius similitudinez experimit. Nāq̄ in rebus alijs quas parentis prolesq̄ certū est habitudinem habere nulla sic gignit vt omnino nulli⁹ indigēs sola per se ad gignēdam prolem sufficiat: nulla sic gignitur vt nulla admixta dissimilitudine omnimoda similitudinez parētis exhibeat. Si ergo verbum summi spūs sic omnino ex ipius sola essentia et sic singulariter est illi simile vt nulla proles sic sit ex sola parentis essentia aut sic similis parenti profecto nullis rebus tam cōuenienter videtur aptari habitudo parētis et proles q̄ summo spiritui et verbo eius. Quapropt̄ illius est verissimū propriū esse parētem istius vere verissimum esse prolem.

Illud verissime gignat illō verissime gignatur. Capitulum XL.

Hoc constare non poterit nisi pariter ille verissime gignatur. Si igitur illud est perspicuū ita hic esse certissimū necesse est quare summi spūs est verissime gignere et verbi eius verissime gigni. Cellem iā quidez et forte possē illū esse verissime patrem hō vero esse verissime filiū cōcludere. Sed nec hoc negligēdum existimo an patris et filij et an matris et filie magis illis apta sit appellatio cū in eis nulla sit sexus discretio. Nam si idcirco cōueniēter est ille pater et proles eius filius: q̄ vterq̄ ē

is cur non pari ratio... naturaliter in pluribus... est cōtra vt in quibus... hō in quibus feminin⁹... ore et validior est mascul⁹... et infirmitas: aut certe... vni summi spūs dicitur p... pama et pōncipaliter... patre nā si in matrem cō... do q̄ pama pcedit m... quoz vni parētis apte... ad gignēdas plem nulla... locatur aut pcedit. Veri... summi spūs parētis esse... filius temp similitudē... hō aut similitudo est al... pica sua verissimū ē... filiam sed filium.

Inselmi

# Monologion

spūs cur non pari ratione alteri cōuenit esse matrem alteri filiam quia vterq; est veritas et sapientia? an quia in hīs naturis que sexus habēt differētiam melioris sexus est patrem esse v<sup>l</sup> filiū minoris vero matrem vel filiā. **¶** Est h̄ quidem naturaliter in pluribus in quibusdā vō est cōtrario vt in quibusdā auū generibus in quibus feminin<sup>9</sup> sexus semp maior: et validior: est masculin<sup>9</sup> vero minor et infirmior. Aut certe idcirco magis cōuenit sūmo spm̄ dici patrē quā matrē quia prima et principalis taz plis semp est in patre nā si maternā causā quolibet modo sp̄ paterna p̄cedit minimis est incongruu<sup>9</sup> vt illi parētī apte nōmē m̄fis cui ad signēdaz plem nulla alia causa aut sociatur aut p̄cedit. Verissimū est igitur summū spm̄ patrē esse plis sue. Quod si filius semp similior: est patri quā filia nihil aut similius est alteri quā sūmo patri ples sua verissimū ē hāc plem nō esse filiam sed filium.

**¶** Alterius verissime sic esse genitorē et filium alteri<sup>9</sup> p̄fem et genitū. .xlj.

**¶** Sicut igit<sup>r</sup> p̄p̄riū est illius verissime gignere istius vō gigni sic p̄p̄riū est illius esse verissimuz genitorē istius vero verissimū genitū et sicut alter est verissimus parens alter verissima proles sic alter est verissim<sup>9</sup> p̄f alter verissimus filius. Inuētis tot et tātis singulorū p̄p̄rietatibus quibus mirā quedā tam ineffabilis quā ineuitabilis in sūma vnitāte p̄batur esse plitas valde videt<sup>r</sup> mihi delectabile retractare sepius tam impenetrabile secretū. Ecce enī cum sit impossibile sic eūdem esse qui gignit et eū qui gignitur atq; eūdem eē patrem et plem necesse sit aliū esse genitorē aliū genitū: aliū esse p̄fem: aliū filium: sic tamē necesse est idē esse illū qui gignit et illū qui gignitur necnō parentē et plem et impossibile sit aliū esse genitorē quā quod genitus est aliud esse pa-

trem quā q̄ est filius.

**¶** Retractatio cōmunionis amboꝝ et p̄p̄rietatū singulorū. Cap. xliij.

**¶** Cum ita sit alius ille et alius ille vt omnino pateat q̄ duo sint sic tamē vnū et ip̄m est id quod est ille et ille vt penitus lateat quid duo sint. Nam sic est alius pater alius filius vt cū ambos dixerim videā me duos dixisse et sic est idip̄m q̄ est et pater et fili<sup>9</sup> vt nō intelligā quid duos dixerim. Quis nāq; singulus p̄f sit p̄fecte sūmus spūs sic tamē vnū idemq; spūs p̄f et filius vt p̄f et filius nō sint duo spūs sed vn<sup>9</sup> spūs vt sicut singula p̄p̄ria singulorū nō recipiūt pluralitatē quia nō sunt duoz; ita id quod cōmune est amboꝝ indiuiduaz teneat vnitātē q̄uis totū sit singulorū. Nam sicut nō sunt duo p̄fres aut duo filij sed vnus p̄f et vnus filius quā singla sunt singulorū p̄p̄ria ita nō sunt duo patres aut duo filij sed vnus p̄f et vnus filius qm̄ singula sūt singulorū p̄p̄ria ita non sūt duo sed vn<sup>9</sup> spūs q̄uis et singuli p̄fres et singuli filij sic p̄fectuz esse spiritum sic sūt oppositi relationib<sup>9</sup> vt alter nūq; suscipiat p̄p̄riū alteri<sup>9</sup> sic sunt concordēs natura vt alter semp teneat essentiam alterius.

**¶** Quō alter alterius sit essentia. .xliij.

**¶** Sic enī diuersi sunt p̄f et alter ē pater alter filius vt nūq; dicat<sup>r</sup> aut pater filius aut filius pater et sic idem sūt p̄f et alter vt semp sit in p̄f essentia filij et in filio essentia p̄fis. **¶** Est enī nō diuersa sed eadem nō plures sed vna vtriusq; essentia. Unde etiā si alter alterius dicatur essentia nō errat a veritate sed sūma vnitāf simplicitatq; cōmē datur cōes nature. Nō enī quēadmodū itelligitur sapiētia hoīs per quā homo sapiens est qui nō potest esse p̄f sapiēs ita intelligi potest si dicatur p̄f essentia filij et filius essentia p̄fis vt eo mō sit filij existens p̄ p̄fem et p̄f per filij: quasi non

b ij

s vici potest verū  
existere nascēdo  
plea parēns trahit  
illo existēdo.  
sime illud sit parēs  
Capitulu. XLIIII  
ad si cōueniēssime  
tam simile est illi  
ur cur estimetur  
i non potius alter  
no: est ille parēs et  
per ille ad vnius  
sol<sup>9</sup> sufficit et quod  
udiez experim. **¶**  
quas parent<sup>9</sup> prole  
nem habere nulla  
ullū indigēs sola  
colem sufficit: nullū  
la admitta dīsum  
similitudiez parēns  
verbum sūmū spūs  
us sola essentia et sic  
mūle vt nulla prole  
is essentia aut sic  
ro nulla rebus tam  
nar aptari habendo  
ummo spiritui et verbo  
pt illius est verissimū  
tem istius vere verissimū

possit alter existens eē nisi p alterū sicut homo nō potest esse sapiēs nisi p sapiētiā. Sicut nāq; sūma sapiētia semp sapit p se ita sūma essentia semp est p se. Est autē pfecte sūma essentia p̄: z pfecte sūma essētia filius: pariter ergo pfectus pater p se est z pariter pfectus filius p se est sicut vterq; sapit p se. Non em̄ idcirco minus pfecta ē essentia vel sapiētia filius quia est essētia nata de p̄ris essētia z sapiētia de sapiētia sed tūc min⁹ pfecte essentia vel sapiētia esset si non esset p se aut nō saperet p se. Nequaquē em̄ repugnant vt filius p se subsistat z de p̄re habeat esse sicut em̄ p̄r habet essētia z sapiētia et vitā in semetip̄o vt nō p alienā s̄ p suā essentia p suā sapiētia et vitā in semetip̄o aut nō p extraneā sed p suā essētia sapiētia z vitā subsistat sapiat z viuat: alioquin nō erit idem esse p̄ris z filij nec erit par p̄ri filius. Quis falsum sit liquidissime superius peruisus est quare nō repugnat filij z subsistere p se et esse de p̄re quia hoc ip̄m: id est p seipm posse subsistere necesse est illū de patre habere. Nam si quis sapiēs suā me sapiētia z cuius prius expers essem doceret vtiq; h̄ ip̄a sapiētia eius facere nō incōgrue diceret: sed quis mea sapiētia ab illius sapiētia haberet esse z sapere tamē cū iam esset non nisi sua essētia esset nec saperet nisi seip̄a. Multo igit̄ magis eterni patris coetern⁹ filius qui sic habet a patre esse: vt nō sint due essētie p se subsistit sapit z viuit. Non igit̄ sic intelligi potest. q̄ p̄r filij aut filius p̄ris sit essentia quasi alter nō possit subsistere p se sed p alter sed ad designādā quā habēt cōmunionem sūme simplicitatis sūmeq; vnius essētie sic cōgrue dici z intelligi potest: quia sic est alter idip̄m q̄ alter vt alter habeat essentia z alterius. Hac itaq; ratione qm̄ vterq; nō aliud est habere essētia q̄ esse esse sicut habet alter alterius essentia: ita est alter alterius essentia idem esse est al-

teri quod alteri.

Capitū. xliij. Quod licet scdm̄ p̄spectā ratōem verū sit valde tamē magis congruit filij dici essētia p̄ris quā patre essentia filij. Quia nāq; p̄r a nullo habet essētia nisi a seip̄o nā satis apte dicit̄ h̄re essentia nisi suā quia vero filij essentia suā habet a p̄re z eadē quam h̄z pater aptissime dici potest habere essentia p̄ris. Quare qm̄ neuter aliter h̄z essētia quā existēdo sicut satis aptius intelligit̄ h̄re filius p̄ris essentia z quā p̄r filij ita cōueniētius dici potest filius patris essentia quā p̄r filij. Nam hec vna si fiat platio satis acuta breuitate cōmēdat filium nō solum eandē essentia h̄re cum p̄re sed hāc ip̄az h̄re de patre vt hic sic filius est essentia p̄ris quod est filius ē nō differēs essentia de patris essētia uno de p̄re essentia. Similiter ergo est filius patris essentia virtus z sapiētia siue veritas z iusticia z quicquid summī spūs conuenit essentia.

Quo quēdā ex h̄is q̄ sic p̄feruntur aliter quoq; possunt intelligi. Cap. xlv. Identē tamē quēdā ex h̄is q̄ sic p̄ferri z intelligi possūt: alia q̄z non incōgruā sub hac ip̄a p̄nunciatōe intelligētia suscipere. Liqueat em̄ filiū esse vtz verbū: id est p̄fectā intelligētia siue p̄fectā toti⁹ paterne s̄be cognitōez z sciam et sapiētia: id ē: q̄ ip̄m p̄ris intelligit essentia z cognoscit et scit z sapit. Si igit̄ hoc sensu dicat̄ filius patris intelligētia z sapiētia z sciētia z cognitio siue noticia qm̄ intelligit sapit scit et nouit p̄fem nequaquē a veritate disceditur. Veritas quoq; p̄ris aptissime dici p̄r filius nō solū eo sensu quia est eadē filij veritas que est p̄ris sicut iam p̄spectū ē sed etiam hoc sensu vt in eo intelligatur

no impleta quod i  
veritas patre h̄z  
quā q̄ est pater. At si  
intelligitur scit sapiē  
logitur quia sicut filius  
sciētia sapiētia r̄  
ita est intelligitur intel  
scit sapiētia sapiē  
Quis sit intelligi  
veritas veritas et sim  
tas.  
E memoria vo  
est an cōmūda  
gentia memoria  
patris aut memoria mem  
non est sūma sapiētia si  
nāq; non possit tibi co  
in memoria pater sicut in  
cōgruit: qm̄ de memoria  
videtur quod dicitur in  
capit. Quia nāq; m̄  
p̄r se cogitat sicut sui se  
quet cū cogitat quia ver  
de memoria. Unde app  
per se cogitaret temp̄e  
moria nāq; r̄. Non e  
memoria habemus bo  
ceret verbū vero rei est  
que similitudinē ex m̄  
h̄z itaq; liquidō a  
est sūma sapiētia  
sicut sicut sicut sui mem  
na memoria est coeternū  
Sicut igit̄ verbū cog  
p̄ris: memoria p̄ris no  
sicut p̄ris. Ergo p̄ris qu  
sicut sicut spiritui nata est  
notae eius nihil conueniē  
notae est: est idē ip̄e quip  
notae sui mem̄ est sic est  
notae alia res in alia qui  
notae sunt in idē me  
notae sunt ip̄a notae m̄  
notae sui vt ip̄a mem̄  
Capitū itaq; quo filij

# Monologion

nō impfecta quedā imitatio sed itēgra  
veritas paterne sbe : quia non est aliud  
quā q̄ est pater. At si ita sba p̄ris est in-  
telligētia z scia z sapia z veritas p̄ris col-  
ligitur quia sicut filius est intelligētia z  
sciētia z sapientia z veritas paterne sbe  
ita est intelligētia intelligētie : scientia  
sciētie sapia sapie veritas veritatis.

**¶** Filius sit intelligētia intelligētie z  
veritas veritatis et similiter de simili-  
bus. **Capitulū. xlvj.**

**D**e memoria vō quid scienduz  
est an estimādus est fili⁹ intelli-  
gentia memorie siue memoria  
patris aut memoria memorie. **¶** Equi-  
dem cū summa sapiētia sui memor esse  
negari non possit nihil competētius q̄  
in memoria pater sicut in verbo fili⁹ in-  
telligitur : qm̄ de memoria nasci verbuz  
videtur quod clarius in nostra mēte p̄-  
cipitur. **¶** Qm̄ nāq̄ mēsa hūana nō sem-  
per se cogitat sicut sui semper meminit li-  
quet cū cogitat quia verbū eius nascit̄  
de memoria. **¶** Unde apparz quia si sem-  
per se cogitaret semp verbū eius de me-  
moria nascere. **¶** Rem em̄ cogitare cui⁹  
memoria habemus hoc est mēte eā di-  
cere : verbū vero rei est ip̄a cogitatio ad  
eius similitudinē ex memoria formata.

**¶** Hinc itaq̄ liquido animaduerti po-  
test de summa sapientia que sic semp se  
dicit sicut semp sui memor ē : qz de eter-  
na memoria est coeternū verbū nascit̄  
Sicut igitur verbū congrue intelligit̄  
ples ita memoria p̄ris nomē aptissime  
suscipit. **¶** Si ergo ples que omnino de  
solo sūmo spiritui nata est : ples est me-  
morie eius nihil conueniētius q̄ qz me-  
moria ei⁹ est idem ip̄e quippe non in eo  
quod sui memor est sic est in sui memo-  
ria velut alia res in alia quēadmodum  
ea que sic sunt in hūane mentis memo-  
ria vt non sint ip̄a nostra memoria s̄ sic  
est memor sui vt ip̄a memoria sua sit.

**¶** Cōsequit itaq̄ vt quō filius intelligē

tia siue sapiētia p̄ris ita sit z paterne me-  
morie. **¶** At quicquid filius sapit aut intel-  
ligit eius similiter z meminit.

**¶** In memoria intelligat̄ p̄s sicut in  
intelligētia filius z quō filius sit intelli-  
gentia v̄l sapiētia memorie z memoria  
patris et memorie. **Capitulū. xlvij.**

**A**st igitur fili⁹ memoria p̄ris et  
memoria memorie : idē : memo-  
ria memor p̄ris qui est memo-  
ria sicut e sapia p̄ris et sapia sapie : idē z  
sapia sapiens p̄rem sapiētia z fili⁹ qui  
de z memoria nata de memoria sicut sa-  
piētia nata de sapia p̄s de nullo nata  
memoria vel sapia. **¶** Ecce dū hui⁹ pa-  
tris filijq̄ pprietates cōmunionēq̄ de-  
lectabilē intueor nihil delectabilius in  
ill' cōtēplādū inuenio q̄ mutui amoris  
affectū qm̄ em̄ absurde neget̄ sūm⁹ spi-  
rit⁹ se amare sicut sui memor ē z se intelli-  
git cū mēs rationalis se z illū amare pos-  
se conuincat̄ ex eo quia suiz illi⁹ memor  
esse z se z illuz intelligere potest ociosa  
naq̄ z penit⁹ inutilis est memoria et in-  
telligentia cuiuslibet rei nisi put ratio  
exigit res ip̄a amet̄ aut reprobet̄ Amat  
ergo seipm̄ spūs sūmus sicut sui memi-  
nit z se intelligit.

**¶** Sūm⁹ spūs se amet z q̄ idē amor  
parit̄ pcedat a p̄re z filio. **Cap. xlvij.**

**D**alam certe est rationē habenti  
p̄ eum nō idcirco sui memorē esse  
aut se intelligere qz se amat sed  
ideo se amare quia sui meminit z se in-  
telligit : nec eū se posse amare si sui non  
sit memor aut se nō intelligat. **¶** Nulla  
em̄ res amat̄ sine eius memoria z intel-  
ligētia z multa tenētur memoria z intel-  
ligūtur que non amātur. **¶** Patet igitur  
amorē sūmi spūs ex eo pcedere quia su  
memor est z se intelligit. **¶** Si in memo-  
ria sūmi spūs intelligit̄ p̄s intelligentia  
filius manifestū est qz a p̄re pariter fi-  
lio sūmi spūs amor pcedit.

**¶** Vterq̄ pari amore diligit se z al-  
b ij

terum.

Capitulū. xlix.

**S**ed si se amat sum<sup>us</sup> spūs pculdu bio se amat p̄ amat se filius al ter alterz quia singulus p̄: sum mus spūs: z singulus filius sum<sup>us</sup> spūs et ambo simul vnus spūs z q̄: vterq; pa riter sui z alterius meminit z se z alterū intelligit et qm̄ oīno idipm̄ est q̄ amat vel amat in p̄re z qd̄ in filio. necesse ēȳt pari amore vterq; diligit se z alterz.

Quātus est ip̄e amor quātus est ip̄e se spiritus.

Capitulū. l.

**Q**uātus ergo est amor iste sum mi spūs sit cōmunis p̄f̄z filio. Si se tātus diligit q̄tū sui memi nit z se intelligit tm̄ aut sui memor est z intelligit se quāta est eius effētia qd̄ ali ter esse nō potest p̄fecto tant<sup>us</sup> est amor eius quātus ip̄e est.

Idem amor sit ad ip̄m qd̄ est sum<sup>us</sup> spūs z tamē ip̄e cum patre et filio vnus spiritus.

Capitulū. li.

**U**trū quid potest esse par sumo spūi nisi sumus spūs. Iste itaq; amor est sum<sup>us</sup> spūs. Deniq; si nulla vnq; creatura: id est: si nihil vn q; aliud eēt q̄ sum<sup>us</sup> spūs p̄f̄ z fili<sup>us</sup> nihil oīn<sup>is</sup> se ip̄os ad inuicē p̄f̄ z fili<sup>us</sup> dilige rent. Cōsequit itaq; hūc amorē nō esse aliud q̄ qd̄ est p̄f̄ z fili<sup>us</sup> qd̄ est sum<sup>us</sup> eēn tia. Ad quē sume essētie plures esse nō possūt quid magis necessariū q̄ pa tre z filiū z vtriusq; amorē vnā esse sū mā essētia. Est igit̄ idē amor sum<sup>us</sup> a sa piētia: sum<sup>us</sup> a veritas: sum<sup>us</sup> a bonū: z q̄c̄ quid de sumi spūs s̄ba dici potest.

Quorū p̄cedat a p̄re tor<sup>us</sup> a filio et ta men non sit nisi vnus amor.

Cap. lii.

**A**tuendū est diligēter vtz sint duo amores vn<sup>us</sup> a p̄re p̄cedēs alter a filio: an vn<sup>us</sup> non tor<sup>us</sup> ab vn<sup>o</sup> p̄cedēs sed partim a p̄re partim a filio an nec plures nec vnus partim p̄ cedēs a singulis sed vn<sup>us</sup> totus a singu lis z idem totus a duob<sup>us</sup> simul.

Sed

huiusmodi dubitatiōis certitudo hinc indubitāter cognoscit̄ quia nō ex eo p̄ cedit in quo plures sūt p̄f̄ z fili<sup>us</sup> s̄ ex eo in quo vnū sunt. Nā nō ex relationibus suis que plures sunt: alia est em̄ relatio p̄f̄is: alia filij: s̄ ex ip̄a sua effētia q̄ plu ralitatem nō admittit emittit p̄f̄ z fili<sup>us</sup> tm̄ pariter bonū. Sicut ergo singul<sup>us</sup> p̄f̄ est sum<sup>us</sup> spūs z singulus fili<sup>us</sup> est sum<sup>us</sup> spūs z simul p̄f̄ z fili<sup>us</sup> non duo sed vn<sup>us</sup> spūs: ita a singulo p̄re manat tor<sup>us</sup> amor summi spūs z a singulo filio totus z si mul a patre z filio non duo toti sed vn<sup>us</sup> idemq; totus.

Non sit eorū filius.

Cap. liij.

**Q**uid ergo cū hic amor parit̄ ha beat esse a p̄re z filio z sic simul sit ambob<sup>us</sup> vt nullaten<sup>us</sup> dissimi lis sit illis sed oīno idēz sit quod illi nū quid filius eorū aut p̄les estimādus est.

Sed sicut verbū mox considerat̄ se plē esse eius a quo est euidentissime probat promptā preferēdo p̄f̄is ymaginem sic amor apte se p̄lem negat qz de p̄re z fi lio p̄cedere intelligit̄ nō statim tā p̄sp̄i catā exhibet se cōtemplati eius ex quo est similitudinē q̄uis ip̄m cōsiderata ra tio doceat oīno idipm̄ esse q̄ est p̄f̄ z fi lius. Deniq; si p̄les eorū est: aut al<sup>ter</sup> eorū erit p̄f̄ ei<sup>us</sup> alter m̄f̄ aut vterq; pater siue m̄f̄ est que oīa veritati repugnare vidē tur.

Quā nāq; nullaten<sup>us</sup> aliter a p̄re pro cedit q̄ a filio nulla veritas patitur vt dissimili vocabulo ad illū p̄f̄ z fili<sup>us</sup> refe rant̄. Non est igit̄ alter p̄f̄ eius alter m̄f̄ vt aut̄ duo aliqua sint que singula p̄fectā z nulla consideratōe differētes ha beant pariter ad aliud vnū p̄f̄is aut ma tris habitu dinē nlla natura aliquo mō strari cōcedit̄ exēplo. Ergo nō est vter q; scilicet p̄f̄ z filius p̄f̄ z m̄f̄ amoris a se manantis.

Requaq; itaq; videt̄ verita ti conuenire vt idēz amor eorū filius sit aut proles.

Quod sol<sup>us</sup> p̄f̄ sit genitor z ingēnit<sup>us</sup> solus.

genitas solus am  
genitus.  
Ad videt  
omnis scim  
nis modū dū  
nec ita p̄p̄e sic v̄p̄p̄  
lem am̄ sep̄ v̄c̄re  
re de q̄z certū v̄t cū  
aut calorem ḡp̄i ab i  
f̄m̄i ex causā sua.  
rōm̄ amor a sumo sp̄  
aliter potest ingēnitū  
cū v̄tū dūa genitū  
bū v̄tūm̄ est: p̄lem  
amorū v̄rō nullaten  
lem cōm̄m̄t̄ est.  
p̄cedit solus ille cui  
nōz z ingēnitū quā so  
res z nullo nō ab alio  
v̄tū genitū q̄ solus fi  
lius v̄rō amor v̄tū  
quā fili<sup>us</sup> est nec p̄les  
est ab alio.  
Amor idē sit in cr  
cū pat̄ ex fili<sup>o</sup> et cū ip̄e  
sed vnus increm̄s et  
idem possit dici ip̄e  
Et om̄o aut̄ id  
est sum<sup>us</sup> a essen  
et tamē simul  
v̄tūm̄q; nō plures sed  
quā que sola a nullo fac  
p̄le oīa fecit necesse est  
singul<sup>us</sup> p̄f̄ z singul<sup>us</sup> fili<sup>us</sup> ē  
v̄tū et amor singul<sup>us</sup> sic  
tor et si oēs tres simul et  
vnus increm̄s z vn<sup>us</sup> cre  
itāgenitas facit siue cre  
filiū v̄rō p̄f̄ sol<sup>us</sup> ḡp̄it̄ s̄  
sūt parit̄ z filius nō faciū  
sed quo d̄m̄o sic oīa po  
mōz q̄uis em̄ non nō n  
v̄tūm̄ mutabilis essētia  
m̄a se inef̄fabili p̄  
f̄m̄o ab illa s̄ cōm̄t̄ d̄

Inselmi

# Monologion

Alii genitus solus amor nec genit' nec ingenitus. **Capitulū. liiij.**

**S**ed videt tamen amor idem nec omnino scdm comunitis locutionis modū dici posse ingenitus nec ita pprie sic verbū genitus. **S**olum enim sepe dicere aliqd gigni ex ea re de qua existit vt cū dicimus splendore aut calorem gigni ab igne seu aliquē effectū ex causa sua. **S**cdm hāc igitur rōem amor a sūmo spū exiēs non oīno asseri potest ingenitus ita vero pprie sic verbū dici genitus nō potest qz verbū verissimā esse plem z verissimū filiū amorem vero nullatenus filium aut plem esse manifestū est. **P**otest itaqz imo debet dici solus ille cuius verbū est genitor: z ingenitus quia solus est p' et parens z nullo mō ab alio est. **S**olū autez verbū genitū qz soluz filius et ples est. **S**olus vero amor vtriusqz nec genitus qz nec fili' est nec ples est: nec oīmo nō est ab alio.

**Q**uam amor idē sit increatus z creat' scilicet pat' et fili' et cū ipse tum illis nō tres sed vnus increatus et vnus creator et q' idem possit dici spūs p'ris z filij. **lv.**

**Q**uomō aut idem amor singlus est sūma essentia sicut p' et fili' et tamē simul p' z filius z amor vtriusqz nō plures sed vna sūma essentia que sola a nullo facta nō p aliud qz p se oīa fecit necesse est vt quēadmoduz singul' p' z singul' fili' ē increat' et creator: ita et amor singul' sic increat' z creator: et tñ oēs tres siml' et nō plures sed vnus increatus z vn' creator. **P**atrē itaqz nullus facit siue creat aut gignit: filiū vero p' sol' gignit s' nō facit: pater autē parit' z filius nō faciūt neqz gignūt sed quodāmō sic dici potest spirāt suū amozē qzuis em non n'ō moze spiret sū me inco' mutabilis essentia tamē ipse suū amozē a se ineffabiliter pcedētē non discedendo ab illa s' existēdo ex illa for' s' a

nō aliomō videt posse dici aptius ex se emittere qz spirādo. **Q**uod si dici potest sicut verbū sūme eēntie fili' ē ei' ita ei' usdē amor satis pueniēter appellari p' spūs ei' vt cū especialiter ipse sit spūs: tā qz p' z fili' illi nō putētur alicui' spirit' qz nec p' ab vllō alio est nec filius a p'ē quasi spirāte nascit' iste autē estime' spirit' vtriusqz qz ab vtroqz suo quodā iē uitabili mō spirante pcedit mirabiliter: **Q**ui etiā ex eo qz ē cōmunitio p'ris z filij nō absqz ratione quasi ppriū assume re posse videt aliqd nomē qd p' filioqz cōmune sit si ppriū noīs exigit indigentia. **Q**uod qdē si fiat scilicet vt ipse amor noīe spūs qz substātiā parit' p'ris et filij significat quasi pprio designet. **A**d h' qz nō inutilit' valebit vt p' h' idipm esse q' est p' z fili' qzuis ab illis eē suū habeat intimeretur.

**Q**uod sicut fili' ē eēntiā v' sapia p'ris eo sensu qz habeat eādē eēntiā v' sapiam quā p' sic idē spūs sit p'ris z filij essentia et sapia z similia. **Capitulū. lvj.**

**P**otest qz quēadmodū fili' ē s'ba et s'ba z virt' p'ris eo s'ba qz h'z eādē eēntiā z sapiam z virtutē qz p' ita vtriusqz spūs intelligi eēntiā v' sapia pietia v' x' p'ris z filij qz h'z oīno eādē qz habent illi.

**Q**uod p' z fili' z eoz spūs pariter sunt in seinuicem. **Capitulū. lvij.**

**S**cdm dū ē intueri in p' z filio z vtriusqz spū quō sint in seinuicem cētāta eēlitate z null' aliū excedat. **P**ret' h' em qz vnusqz eoz sic ē pfecte sūma eēntia vt tñ oēs tres siml' nō sit nisi eēntia vna sūma: q' nec sine se v' extra se nec maior v' minor seipā eē p'.

**P**er singlos tñ idipm non min' valet pbari. **E**st etem tot' p' i filie z cōmuni spū z fili' in p' z eodē spū z idē spūs i p' z filio qz memoria sūme eēntie tota ē in ei' intelligētia z amore z amor i memoria z intelligētia. **T**ota q'ppe suā me  
h iij

abitatiois certitudo nec  
ognoſcit quia nō ex  
plures ſūt p' z fili' ſicut  
nt. Nā nō ex relationibus  
ea ſunt: alia eſt em relatio  
q' ex ipa ſua eſſentia q' p' p'  
admittit eūm p' z fili'  
nā. Sicut ergo ſon ſon g' p'  
is z ſingulus fili' eſt ſicut  
p' z fili' non duo ſed vn'  
gulo p'emanat: tot' amor  
z a ſingulo filio reus z ſi  
filio non duo ſed vn'  
z filius. **C**apitū  
go cū hic amor parit' z  
ea p' z filio z ſic ſicut  
ob' vt nullaten' dicitur  
ōno idēz ſit quod illi  
z aut ples eſt iudicand'  
ōno mor' conſiderat' ſe p'  
ōno eſt euidētissime p'ob'  
rēdo p'ris p'rogatione ſi  
vlem negat qz de p' z f'  
telligit nō ſtatim tā p'  
cōtemplati eius qz p'  
mē qzuis ipm ſiderata re  
ino idipm eſt q' p' z f'  
ſi ples eoz eſt aut eoz  
ter m' aut vtr'qz pater ſicut  
la veritati reſpondeat v' d'  
z nullaten' alter a p' z pa  
o nulla veritas patitur  
abulō ad illū p' z fili' p'  
eſt i'q' alter p' z filius  
o aliqua ſint que ſingul'  
conſideratōe differēt  
ad aliud vni' p'ris aut  
in e' nlla natura aliq' p'  
et ex'plo. Ergo nō eſt  
z filius p' z m' amor ſic  
le qua q' itaqz v' dicitur  
vt idēz amor eſt ſicut  
ſi genitor: ing' p' dicitur

# Liber nonagesimus Anselmi

memoria sum<sup>o</sup> intelligit spūs et amat et totus  
intelligentie meminit et tota amat  
et totus amoris meminit et totus intelli-  
git. **I**ntelligit aut in memoria pater  
in intelligentia filius in amore vtriusq;  
spūs. Tanta igitur pater et filius et vtri-  
usq; spūs: equalitate sese cōplectuntur  
et sunt in se invicem vñ nullus eorū aliū  
excedere aut sine eo esse pbetur.

**N**ullus eorū alio indigeat ad me-  
morandū vel intelligēdum vel amādū  
quia singulus quisq; cuz memoria et in-  
telligentia et amor et quicquid necesse est  
in esse summe essentie. **Cap. lviij.**

**E**d in hīs nullatenus negligē-  
ter: memorie cōmēdantur q; in-  
tuenti mihi occurrit existimo.

**S**ic est necesse est vt pater intelligatur  
memoria: filius intelligentia: spūs amor:  
vt nec pater indigeat filio aut commūi  
spū nec filius patre vel eodem spū siue  
idem spūs patre et filio quasi pater per  
se meminisse solus possit: intelligere aut  
non nisi per filiū et amare nō nisi per su-  
um filiusq; spū: et filius per se intelli-  
gere tm̄ queat p̄rem aut memor sit p̄ sp̄ri-  
tum suū amet et idem spūs p̄ se non ali-  
ud q̄ amare valeat sed pater illi sit me-  
mor et filius illi intelligat.

**M**ax cū in  
hīs tribus vnusquisq; singulus sit sū-  
ma essentia et summa sapiētia sic perfe-  
cta vt ipa per se memor sit et intelligat et  
amet necesse est vt nullus eorū trium  
alio indigeat aut ad memorandum aut  
ad intelligēdum aut ad amādum. Sin-  
gulus em̄ quisq; essentialiter est: et me-  
mor et intelligentia et amor et quicquid  
summe est necesse in esse essentie.

**T**amen non sint tres sed vnus seu  
pater seu filius seu vtriusq; spūs. **lix.**

**C**andam hic video questionez  
occurrere. Nam si pater ita est  
intelligentia et amor: scūt ē me-  
mor et fili<sup>o</sup> sic ē memoria et amor quo-  
modo est intelligentia et vtriusq; spirit<sup>o</sup>

non minus est memoria et intelligentia  
q̄ amor: quomodo non est pater et fili<sup>o</sup>  
et alicuius spūs et quare non est fili<sup>o</sup> pa-  
ter et spūs alicuius: et cur non est idem  
spūs alicuius pater et alicuius filius sic  
quippe intelligebat q; memoria esset p̄  
filius intelligentia vtriusq; spūs amor:

**T**erū hec questio non difficile soluitur  
si ea que iam ratione inuēta sūt conside-  
rent. **I**dcirco em̄ nō est pater filius aut  
alterius spūs licet sit intelligentia gen-  
ita et amor q; non est intelligentia genita  
aut amor ab aliquo pcedens sed quicquid  
quid est gignens est tm̄ et a quo pcedit  
alius: filius quoq; ideo nō est pater aut  
alicuius spūs q̄uis seipso memor sit et  
amet quia non est memoria gignēs aut  
amor ab alio ad similitudinem sui spūs  
pcedens sed quicquid existit tantū gi-  
gnitur et est a quo spūs pcedit. **S**pi-  
ritum quoq; nō cogit esse patrem aut fi-  
lium hic quia cōtctus est memoria aut  
intelligentia sua cuz nō sit memoria gi-  
gnens aut intelligentia genita sed solū  
quicquid est pcedat. **Q**uid igitur pro-  
hibet concludi quia vnus tm̄ est in sum-  
ma essentia pater vnus filius vnus spi-  
ritus: et nō tres patres aut filij aut spūs

**Q**uomō ex hīs multi filij nasci vi-  
deantur. **Capitulū. lx.**

**E**d ne forte repugnet huic asser-  
tioni q; intueor nam dubiū esse  
non debet quia pater et filius et  
eorū spūs vnusquisq; seipm̄ et alios am-  
bos dicit sicut se et alios intelligit. **S**i  
ita est quō nō sunt in summa essentia tot  
verba q̄t sunt dicentes et q̄t sunt que di-  
cuntur: **S**i em̄ plures homines vnū ali-  
ud cogitatōe dicant tot eius vidētur es-  
se verba q̄t sunt cogitatōes quia in sin-  
gulozum cogitatōibus verbus eius est.

**I**tem si vnus hō cogitet aliqua plu-  
ra tot verba sūt in mēte cogitātis quot  
sūt res cogitate. **S**ed in hominis cogi-  
tatione non cogitat aliquid quod extra

Inselmi

Monologion

si memoria et intelligentia modo non est pater eius... quare non est filius... et cur non est pater... et alius filius... et memoria eius... et utriusque spiritus amem... non difficile solutum... non est pater filius aut... licet sit intelligentia genitorum non est intelligentia genitorum... quod pater non est... et a quo pater... et ideo non est pater... et spiritus memoria... est memoria gignens... et similitudinem sui... quicquid existit tantum... quo spiritus pater... non cogit esse patrem... et memoria... sua cum non sit memoria... intelligentia genitorum... pater... et huiusmodi similitudinem... et forte repugnat... et intueor... debet quia pater... et alios... sunt in summa... dicentes et dicit... dicant tot... cogitationes... et cogitatio... sunt in mente... atque. Sed in domo cogitatio...

eius mentem est non nascitur verbum cogitatione rei ex ipsa re: quia ipsa absens est a cogitationis intuitu sed ex rei aliqua similitudine vel ymagine que est in cogitantis memoria aut forte que tunc cum cogitat per corporalem sensum ex re presenti in mentem attrahitur. In summa vero essentia sic sibi semper sunt presentes pater et filius et eorum spiritus. Est enim sicut iam prospectum est unusquisque non minus in alijs quam in seipso ut cum invicem se dicunt sic videntur idem ipse qui dicit gignere verbum suum quemadmodum cum a seipso dicitur. Quod ergo nihil gignit filius aut eius partem quod spiritus si unusquisque eorum verbum suum gignit cum a seipso dicitur vel ab alio? Quod autem verba perbari possunt de summanasci sibi tota esse necesse est sed superiorum considerat omnes filios gignere et tota emittere spiritus. Hac itaque ratione videntur in illa esse non solum multi presens et filij et procedentes sed et alie similitudines aut certe pater et filius et eorum spiritus de quibus iam certissimum est quia vere existunt non sunt tres dicentes quibus singulis quisque seipsum et alios duos dicit. Sicut enim summe sapientie inest scire et intelligere: ita utique eterne incommutabilis que scire et intelligere naturale est id semper presens intueri et scire et intelligit. Nichil autem aliud est summo spiritui huius dicere quam quasi cogitando intueri sicut nostre mentis locutio nihil aliud est quam cogitantis inspectio. Certissimum autem iam considerare rationes reddiderunt quicquid summe nature inest essentialiter id est perfecte convenire patri et filio et eorum spiritui singulariter et tamen id ipsum si simul dicatur de tribus non admittere pluralitatem. Cum ergo constet quia sicut pertinet ad eius scientiam scientiam et intelligentiam sicut eius scire et intelligere non est aliud quam dicere: id est semper presens intueri et scire et intelligit necesse est ut quemadmodum singulus pater et singulus filius et singulus eorum spiritus est sciens et intelligens et tamen hi tres simul non sunt

plures scientes aut intelligentes sed unus sciens et unus intelligens ita unusquisque sit dicens: nec tamen sunt tres dicentes si mul sed unus dicens. Hinc illud quoque liquide cognosci potest quia cum hi tres dicuntur vel a seipsis vel ab invicem non sunt plura que dicuntur. Quid namque ibi dicitur nisi eorum essentia? Si ergo illa una sola est unum solum est quod dicitur ergo unum solum est in illis que dicit et unum quod dicitur. Una quippe sapientia est que in illis dicit et una sibi que dicitur persequitur non ibi esse plura verba sed unum. Licet igitur unusquisque seipsum et omnes invicem dicat impossibile tamen est in summa essentia esse verbum aliud preter illud de quo iam constat quod sic nascitur ex eo cuius est verbum et ut vera eius dici possit ymago et vere filius eius sit. In quo mixtum quoddam et inexplicabile video. Ecce enim cum manifestum sit unumquemque scilicet patrem et filium et presens filijque spiritum pariter se et ambos alios dicere et unum solus ibi esse verbum nullatenus tamen ipsum verbum videtur posse dici verbum omnium trium sed tantum unius eorum constat enim ipsum esse ymaginem et filium eius cuius est verbum et patet quia nec ymago nec filius summe se precedentis spiritus congrue dici potest. Nam a seipso nec ex procedente a se nascitur nec seipsum aut procedentem a se existendo imitatur. Seipsum quippe non imitatur nec a se trahit existendi similitudinem quia imitatio et similitudo non est in uno solo sed in pluribus.illum vero non imitatur nec ad eius similitudinem existit: quod iste non habet ab illo esse sed ille ab isto. Quod non sit ibi nisi unus unus? Ixi. Restat igitur hoc solum verbum illi soli esse de quo nascendo hinc est et ad cuiusmodam similitudinem existit. Unus ergo pater non plures presens unum filium non plures filij idem unum procedens spiritus non plures procedentes spiritus sunt in summa essentia. Qui cum ita tres sint ut nunciamus pater sit filius

## Libri 1. Anselmi

aut procedens spūs nec filius aliquan-  
do sit p̄f aut spūs pcedēs nec vnq̄ spi-  
ritus patris aut filij sit pater: aut filius  
z singulus quisq̄ si sit p̄fectus vt nullo  
mō indigeat id tñ q̄ sunt sic est vnū vt  
sicut de singulis pluralit̄ dici nō p̄t ita  
nec de trib⁹ s̄t̄z cū parit vnusq̄sq̄ seip̄z  
et oēs inuicē se dicāt nō tñ sūt ibi plura  
v̄ba s̄ vnū et ipm non singuloꝝ aut om-  
niū simul sed vnus tātum.

¶ hoc licet inexplicabile sit tamē cre-  
dendum sit. **Capitulū. lxij.**

**V**idē mibi hui⁹ tā sublimis rei  
secretū trāscēdere oēm intelle-  
ctus acies hūani z idcirco cona-  
tū explicādi qualr̄ s̄t̄ cōtinēdū puto.

Sufficere nāq̄ debere existimō rem  
incōprehensibilem indagāti si ad h̄ rōnan-  
do puenerit vt eaz certissime cognoscat  
etiā si penetrare nequeat intellectu quō  
ita sit nec idcirco min⁹ hīs adhibēdā fi-  
dei certitudinem q̄ p̄batōib⁹ necessarijs  
nulla alia repugnāte rōe asseruēt si sue  
naturalis altitudis incōprehensibilitate  
explicare nō paciātur. Quid aut tñ in-  
cōprehensibile tā ineffabile q̄ id q̄ supra  
oīa est? Quapropt̄ si ea q̄ de sūma eēt̄  
tia hacten⁹ disputata sūt necessarijs sūt  
rōib⁹ asser̄ta q̄uis sic intellectu penetra-  
ri nō possint vt et v̄bis valeāt explicari  
nullatenus tñ certitudinis eoz mutar̄ soli-  
ditas. Nam si superior̄ p̄sideratio rō-  
nabilem cōprehēdit incōprehensibile esse  
quō eadez sūma sapiā sciat ea que fecit  
de qb⁹ taz multa nos scire necesse ē? q̄s  
explicet quō sciat aut dicat seip̄am de q̄  
aut nihil aut v̄t aliqd̄ ab hoīe sciri pos-  
sibile ē? Ergo si in eo q̄ seip̄am dicit ge-  
nerat pater z generat̄ fili⁹ generationē  
eius quis enarrabit. Sed rursū si ita ra-  
tio ineffabilitatis illius habet imo quia  
sic ē quō stabat quicqd̄ de illa s̄ba secū-  
dum p̄ris et filij pcedētis habitudinē  
disputatū est? Nam si vera illud ratione  
explicitū est qualiter est illa ineffabilis?

aut si illa ineffabilis est quō est ita sicut  
disputatū est? an quodā ten⁹ de illa po-  
tuit explicari z ideo nihil phibet eē ve-  
rū q̄ disputatū est. Sed quia penitus  
non potuit cōprehēdi idcirco est ineffa-  
bilis. Sed ad illud quid respōderi po-  
terit q̄ iam supra hec in ipa disputatōe  
constitit q̄ sicut est sūma essentia supra  
et extra oēm aliā naturā vt si quādo de  
illa dicit̄ aliud verbis que cōmunia sūt  
alijs naturis sensus nullatenus sit com-  
munis. Quem enī sensū in oibus hīs  
verbis que cogitari intellexi nisi cōmu-  
nem z v̄sitatū. Si ergo v̄sitatus sensus  
verborum alienus est ab illa q̄cquid ra-  
tionatus sum nō pertinet ad illā. Quō  
igitur v̄z est inuentū esse aliquid de sū-  
ma essentia si q̄ est inuentum lōge diuer-  
sum est ab illa? Quid ergo an quō inue-  
tum est aliquid de incōprehensibili recte  
quodammodo nihil p̄spectū est de ea? Se-  
pe nāq̄ multa dicimus que p̄prie sicut  
sunt nō exprimimus sed per aliud signi-  
ficamus id quod p̄prie aut volum⁹ aut  
non possumus depromere: vt cū p̄ eni-  
gmata loquimur z sepe videmus aliqd̄  
nō p̄prie quemadmodū res ipa est sed  
per aliquā similitudinem aut ymaginem  
vt cū vultū alicuius cōsideram⁹ in spe-  
culo sic quippe vnā eandemq̄ rem di-  
cimus z non dicimus videmus z nō vi-  
demus. Dicimus et videmus per aliud  
non dicimus z non videmus per suam  
pprietatem.

**Quomō de ineffabili re verū dispu-  
tatum sit.** **Capitulū. lxij.**

**N**ac itaq̄ ratione nihil prohibet  
et verum esse q̄ disputatum est  
hactenus de summa natura: et  
ipam tamē nihilominus ineffabilem con-  
sistere: sed nequaquā illa putetur per esse-  
tie sue p̄prietatem expressa sed vt cui q̄  
per aliud designata. Nam q̄cūq̄ noīa  
de illa natura dici posse vidēt nō tñ mi-  
hi eā oīdūt p̄prietatē q̄ p̄ aliq̄ inuū

# Monologion

similitudinē. Etenim cū eorūdem vocū significatōes cogito familiari<sup>o</sup> cōcipio mente qđ in rebus factis cōspicio qđ id quoq; omnem humanū intellectū transcendere intelligo nā valde min<sup>o</sup> aliqđ imo longe aliud in mēte mea sua significatōe cōstituūt qđ sit illud ad qđ intelligēdam p hanc tenuam significatōem mens ipa mea conat<sup>r</sup> pficere. **N**ā nec nomē sapiētie mihi sufficit ostēdere. illud per quod oīa facta sūt de nihilo et seruātur a nihilo nec nomē essētie mihi valet exprimere illud qđ p singlārē altitudinem lōge ē supra oīa z p naturalē pūctatē valde est extra oīa. Si ergo illa naturaz ineffabilis est quia p verba sicuti est nullatenus valet intimariz falsū non est si quid de illa ratione docēte p aliud velud in enigmate p̄t estimari.

**P** rationalē mentē maxime accedat ad cognoscēdū sūmā eētā. lxxiiij.

**C**um igit pateat qđ nihil de hac natura possit p̄cipi p suā p̄prietatem sed p aliud certū est quia p illud magis ad eius cognitōem accedat qđ illi magis p similitudinem p̄p̄nquat. **Q**uicqđ em̄ inter creata cōstat illi esse simili<sup>o</sup> id necesse est esse natura p̄stantius. Quapropt<sup>r</sup> z p maiorem similitudinem plus iuuat mentē indagātem sūmo veritati p̄p̄quare z p excellētiorē creatā essentiā plus docet quid de creante mens ipa debeat essiare. **P**roculdubio itaq; tāto altius creatrix essētia cognoscit quāto p p̄p̄quiores sibi creaturā indagat. **N**ā qđ oīs essētia in quātū est intrin<sup>o</sup> sit sūme similis essētie ratio iaz supra considerata dubitari nō p̄mitit. Patet itaq; qđ sicut sola ē mēs rationalis inter oēs creaturas qđ ad eī<sup>o</sup> inuestigatōez assurgere valeat ita nihil omnin<sup>o</sup> eadez sola est p quā maxime ipa met ad eiusdez inuētōem proficere queat. **N**ā iam cognitū est quia h ille maxime per naturalis essētie p̄p̄nquat: sūmū

litudinē. **Q**uid igit aptius qđ qđ mēs rationalis quāto studiosius ad se discēdam intendit tanto efficacius ad illius cognitionem ascendit: z quāto seipsam intueri negligit tanto ab eius speculatione descēdit.

**M**ens ipa speculum eius z ymago eius sit. **C**apitulū. lxxv.

**P**ertissime igitur sibi met eē velut speculum dici potest in quo speculetur et ita dicam ymaginem eius quā facie ad facie videre neq̄t.

**N**am si mēs ipa sola ex omnib<sup>o</sup> que facta sūt sui memor z intelligēs z amās esse potest nō video cur neq̄t esse in illa vera ymago illius essētie que p sui memoriā z intelligentiā z amorē in trinitate ineffabili p̄sistit. **A**c certe inde verū illi<sup>o</sup> eē se pbat ymaginē qđ illi<sup>o</sup> potest eē memor illā intelligere z amare. **I**n qđ em̄ maior ē z illi similioz et verioz i eo illi<sup>o</sup> eē ymago cognoscit oīno at cogitari nō potest rationali creature naturaliter eē datū aliud tā p̄cipuū tamq; simile summe sapiētie qđ hic qđ potest reminisci z intelligere z amare id quod optimus esset maximū est oīm. **N**ihil igit aliud est inditū alicui creature qđ sic proferat ymaginem creatoris. **C**onsequi itaq; videtur: quia rationalis creatura nihil tñ debet studere qđ hanc ymaginēz sibi per naturalem potētiam impressaz per volūtarium effectū exprimere. **E**tenim p̄ter h quia creati se debet hocipm qđ est. **H**inc quoq; quia nil tam p̄cipuum posse qđ reminisci z intelligere z amare summū bonum cognoscitur. nimirū nihil tam p̄cipue debere velle conuincitur. **Q**uis enim neget quecunq; meliora sūt in potestate ea magis esse debere in volūtate. **D**eniq; rōnali nature nō ē aliud eē rationalē qđ posse discernere iustū a nō iusto vex a nō xō: bonū a nō bono mal<sup>o</sup> bonū a min<sup>o</sup> bono: h autē posse omnino inutile est illiz supuacūū.

nselmi

effabilis est quōd est in  
an quodā ten<sup>o</sup> de  
n z ideo nihil p̄bet  
atū est. **S**ed quia p̄p̄  
cōp̄hēdi idcirco est in  
ad illud quid rēpōndē  
supra hēc in ipa dīsp̄tati  
sicut est sūma essētia supra  
nā natura vt si quādo d  
ud verbis eēc cōmūna sū  
s sentus nullatenus sit con  
nem cū sentū in eōdem hie  
cogitanti intellectū mīcōm  
nū. **S**i ergo ystus sentū  
licus est ab illa dīsp̄tati  
n nō p̄tinet ad illā. **C**  
inuentū esse aliquid  
qđ est inuētū lōge  
at. **Q**uid ergo on quō  
aid de in cōp̄hēdi sibi  
s nihil p̄p̄tū est de  
ita dicitur que p̄p̄tū  
rimus sed per aliud  
quod p̄p̄tū aut volūt  
us depromere: vt cū p  
amur z sepe videmus  
uem admodū res ipa  
similitudinem aut ymaginē  
ū alicuius cōsistēre in ipa  
nippe ymā eandem rem de  
on dicimus videmus z nō  
icimus et videmus p̄p̄tū  
us z non videmus per hanc  
m.

**S** de ineffabili re verū  
**C**apitulū  
itaq; ratione nihil potest  
verum esse qđ dīsp̄tati  
ctenus de summa natura  
nihilominus ineffabilis  
nequa qđ illa p̄p̄tū p̄p̄tū  
tatem exprēditur aut  
designata. **C**onsequi  
ura dici posse nō tñ  
ū p̄p̄tū qđ aliqđ

nisi quod discernit amet: vel reprobet secundum de discretiois iudicium.

**Q**uod rationalis creatura ad amandum illum facta sit. **Capitulū. xlvj.**

**H**inc itaque satis patet videri esse rationale ad hoc existere: ut sicut ratione discretiois aliud maius vel minus bonum siue non bonum iudicat. Ita maius aut minus id amet aut respiciat. Nihil igitur aptius quam rationale creaturam ad hoc esse factam ut summam essentiam amet super omnia bona sicut ipsa est summum bonum: imo ut nihil amet nisi illam aut propter illam quia illa est bona pro se nihil est bonum nisi per illam. Amare autem eam nequit nisi si eius reminisci et eam studium intelligere. **Clare** ergo est rationale creaturam totum suum velle et posse ad memorandum et intelligendum et amandum summum bonum impendere debere ad quod ipsam esse suum se cognoscit habere.

hoiem. Quippe quādo hūana natura primū peccauit: hac pena flagellata est vt nūq̄ plem naturaliter nisi talē quāle videmus infātes nasci generaret: ac post hāc vitā in inferno: a regno dei ad quod facta erat imppetuū exularet: nisi aliq̄s illā quā vel q̄d ip̄a sola p se sola facere nō poterat recōciliaret. A quo at recōciliari queat nō est nisi x̄ps. In oībus igit̄ infātibz naturaliter genitis: in peccato: et flagellata nascit̄: que cū recōciliatōem accedit: flagellatio merito remanet quā ante recōciliatōem suscepit. Que aut̄ in inferno tormēta passura erat: in illis quos x̄ps redemit remittunt̄: et regno dei q̄d post conuersiōem paradisi terreni suo tpe acceptura erat donat̄ si tamē i fide quā pmittūt in baptismo vsq̄ i fine pseuerēt. Quod aut̄ quidā experimēto existimāt pbare nihil valere libez arbitriū qz multi immēso conatu nitūtur vt bene viuāt z quādā (vt aunt) impossibilitate obstāt: nihil pficiūt aut post pfectū irrecupabiliter deficiūt nō destruūt: q̄d rōnabiliter mōstratū est liberū scilicet arbitriū cum grā valere: Ut aut̄ nitētes nō pficiant: aut post pfectū deficiāt nō impossibilitate sed aliquādo graui aliquādo facile supabili difficultate fieri existio Sepisime nāqz asserere solemus impossibile nob̄ esse: q̄d sine difficultate pficere nō valemus. Si em̄ diligenter vnusquisqz mor̄ volūtatis sue cōsideret: itelligit se nūqz rectitudinem volūtatis acceptā: p grām nisi aliud volēdo: q̄d simul velle nequit deferere. Quod certe nō facit deficiēte ptāte seruādī eandē rectitudinem que ptās est ip̄a libertas arbitriū sed deficiēte volūtate seruādī q̄ p se nō deficit sed alia volūtate illā vt dixi expellente. Quā aut̄ ista cōsideratio magis versat̄ in volūtate aliquid altius de volūtate: qz vtpuro nō erit in vtile dicēdū existio Sic em̄ habem̄ in corpe mēbra z quīqz

fēsus singla ad suos vsus apta quibus quasi instr̄is vtimur vt sūt manus apte ad capiēdū: pedes ad ambulādū ligua ad loquēdū visus ad vidēdū: ita z aīa habet in se quasdā vires q̄bus vtiē velut instr̄is ad vsus cōgruos. Est namqz ratio in aīa qua sicut suo instr̄o vtiē ad rōnādum et volūtas qua vtiē ad volēdū. Nō em̄ ē rōnalis volūtas tota aīa: sed est vna queqz aliud in aīa. Quā ergo singla instr̄a habēt z h̄ qz sūt z apertitudines suas z suos vsus discernam̄ in volūtate ppter q̄ ista dicim̄ instr̄m z aptitudines eius z vsū ei⁹ quas aptitudines in volūtate possum⁹ noiare affectiones. Affectus quippe ē instr̄m volēdi aptitudinib⁹ suis. Unde dicim̄ hoīs aīa cū velle hēmet̄ vult aliqd affectū eē ad volēdū illud vel affectuose eē vel velle. Volūtas vtiqz dici videt̄ equoce tripliciter. Aliud em̄ ē instr̄m volēdi aliud affectio aliud vsus eiusdē instrumenti. Instr̄m volēdi est vis illa aīe qua vtimur ad volēdū sicuti ē ratio instr̄m rōnandi qua vtimur cuz rationamur et vsus instr̄m vidēdi quo vtimur cū videmus. Affectio huius instrumenti est: qua sic afficit ip̄m instr̄m ad volēdū aliqd etiā quādo illud q̄d vult nō cogitat vt si venit i memoriā aut statim aut suo tpe illud velit. Nā sic ē instr̄m volēdi affectū ad volēdū salutē. z quādo illā nō cogitat applicare vt mox cū venerit in memoriā statim eā velit. Et sic est affectū ad volēdū sōpnū etiā quādo illū nō cogitat: vt cū venit in mentē velit illū suo spe. Nūqz em̄ ita ē affectū vt aliquādo velit egredier̄ aut vt velit nūqz dormire. Inuisito quoqz hoie: similiter est affectū idēz instr̄m ad volēdū iusticiā. etiā cum dormit vt cū eam cogitat statim eam velit. vsus vero eiusdē instrumenti ē: quē nō habem⁹ nisi cū cogitam⁹ rē quā volum⁹. Dicim̄ aut̄ volūtas z instr̄m volēdi: et affectio eius: et vsus eius. Instr̄m qui

volūtatem vocam  
mus nos conuere  
tem: mō scilicet ad v  
mō ad volēdum ledē  
aliud et aliud. Hoc in  
vno: quia non semp  
vult vtiē: qui est instr̄m  
quādo illo non vtiē: vt  
vtiē: cōuertit illū mō:  
mō ad vidēdū terrā  
vult aliquid aliud. Et sic  
instr̄m rōnandi hoc est  
vitiē vtimur: et qz rōnā  
vult anim⁹. Affectio  
volēdi dicit̄ volūtas: q  
vult semp habere volūta  
vult: vocamus nāqz h̄ v  
vult illā eiusdem instrum  
vult: sibi esse. Eodē mō  
vult cū dormit: et nō  
vult habere volūta  
vult. Et cū hanc volūta  
vult alio maiore h̄re: nō ali  
vultate quā illā affectōz  
vult qua vult iuste viuere  
vult in alio maius: et in  
vult huius instrumenti  
vult cū dicit̄: aliqz mō ha  
vult legidū ē mō volo le  
vult volūtatem scribēdi:  
vult scribere. Sicut em̄  
vult q̄ est instr̄m vidēdi et  
vult vel visus. quādo visus  
vult qz visus: significat em̄ et  
vult vtiē: velle est vtiē  
vult volēdi: et visus eius et  
vult nō est nisi quādo cogita  
vult. Volūtas igit̄ que in  
vult dicit̄ est instr̄m volēdi  
vult sicut vna sola est rō: it  
vult instr̄m rōnandi. Volūta  
vult illud afficit duplex est  
vult plures habet aptitudie  
vult dicit̄ lucē: et p lucē ad v  
vult ad vidēdū colore: ita

## et liberi arbitrii

dem volūtatē vocamus: quādo dicimus nos conuertere ad diuersa volūtatē: mō scilicet ad volēdū ambulare mō ad volēdū sedere: mō ad volēdū aliud et aliud. Hoc instrūm semp habet homo: quāuis non semp illo vtatur: sicut habet visū: qui est instrūm vidēdi: etiāz quādo illo non vtif: vt cū dormit et cū eo vtif: cōuertit illū mō ad vidēdū celum. mō ad vidēdā terrā: mō ad vidēdū aliquid aliud. Et sic semp habem<sup>9</sup> instrūm rationādi hoc est rōem qua non semp vtimur: et quā rationādo ad diuersa puerit anim<sup>9</sup>. Affectio xō instrumēti volēdi dicif volūtas: quādo dicim<sup>9</sup> hoīem semp habere volūtatē: vt bene sibi sit: vocamus nāq; h volūtatē affectōem illā eiusdem instrumēti. qua vult hō bene sibi esse. Eodē mō cū factus hō asserif etiā cū dormit: et nō hec cogitat indefinēter habere volūtatē iuste viuēdi dicif. Et cū hanc volūtatē asserimus aliū alio maiorē hfe: nō aliud dicimus volūtatē quā illā affectōez ipius instrumēti qua vult iuste viuere. Instrūm xō non est in alio maius: et in alio minus. Vfus autē huius instrumēti volūtas nominat cū dicif aliq; mō habeo volūtatē legēdi: id ē mō volo legere: aut mō habeo volūtatē scribēdi: hoc est mōdo volo scribere. Sicut em̄ videre ē vtī visu q est instrūm vidēdi et vsus eius ē visio vel visus. quādo visus significat idē q visio: significat em̄ etiā visus instrūm ipm: ita velle est vtī volūtatē que ē instrūm volēdi: et visus eius est volūtas que nō est nisi quādo cogitamus q volumus. Volūtas igit que instrūm ē: vna sola est: id est instrūm volēdi vnū solū est in hoīe sicut vna sola est rō: id est vnū solū instrūm rōnandi. Volūtas xō qua instrūm illud afficit duplex est. Nā sicut visus plures habet aptitudies: scilicet ad vidēdū lucē: et p lucē ad vidēdū figuras: ad vidēdū colores: ita instrūm vo-

lēdi duas habet aptitudies quas voco affectōes. Quāz vna est ad volēdū cōmoditatē altera ad volēdū rectitudinem. Nēpe nihil vult volūtas que ē instrūm nisi aut cōmoditatē aut rectitudinem. Quicqd em̄ aliud vult aut ppter cōmoditatē aut ppter rectitudinem vult et ad has etiā si fallif: putat se referre quod vult. Per affectōem quidem que ad volēdū cōmoditatē ptinet semp vult hō beatitudinem et btūs esse. Per illā xō que nūc est ad volēdū rectitudinem: rectitudinē vult: et rectus. id est iustus esse: ppter cōmoditatē autē vult aliqd vt cū vult arare vel laborare vt habeat vnde tueat vitā et salutē: que cōmoda iudicat esse: ppter rectitudinē xō vt cū vult laborare discere vt sciat recte id est iuste viuere. Voluntas vero que est vsus sepe dicti instrumēti nō est nisi cū cogitat aliq; quod vult: vt dictū est: huius volūtatē multiplex est diuisio: de qua nō mō sed forsitā alias dicem<sup>9</sup>. Velle autē equiuocū ē sicut videre. Quēadmodū nāq; dicif videre q vtitur visu et q non vtif: sed q habet aptitudiez vidēdi: ita asserif velle et q vtif instrūo volēdi: cogitando quod vult et q nō vtif: qm̄ affectōem h est aptitudinem habet volēdi. Per h etiā cognosci potest aliā esse volūtatē instrūm volēdi: aliā eius affectōez aliū vsū: eiusdē instrumēti: q; si dicitur iustus hō: etiā cū dormit et nihil cogitat hfe volūtatē iuste viuēdi et iniust<sup>9</sup> hō: mo negat hfe cū dormit volūtatē iuste viuēdi: eadez volūtas negat de iniusto que asserif de iusto. Palam autē ē quia cū dicimus nō esse iniusto dormiēti volūtatē iuste viuēdi: nō negat voluntas in eo esse q; dixi instrūm: qm̄ eā semp habet oīs hō dormiēs et vigiliās. Quapropter qm̄ nō alia volūtas pnūciat h mō i bono eē hoīe q; illa q remouet: a malo nō significatur in bono esse voluntas: que est instrūm: sed illa qua afficitur instrūm.

## De concordia gratie

Quia autem in dormientia nisi somniet non sit voluntas que est usus: dubium non est. Quare cum dicis in dormiente iusta voluntas iuste viuendi: non intelligis voluntas usus. Non est igitur voluntas affectio voluntas instrumenti aut voluntas usus. voluntate quod instrumenti non est voluntate usus nullus igitur notat: quoniam cum dico me non habere voluntatem scribendi: nemo intelligit me non habere instrumentum volendi. Alia est ergo voluntas instrumenti. Alia voluntas affectio. Alia voluntas usus. Voluntas quidem instrumenti mouet omnia alia instrumenta quibus sponte utimur et que sunt in nobis ut manus lingua visus: et que sunt extra nos ut scissis. et securis. et facit omnes voluntarios motus. Ipsa vero se suis affectibus mouet. Unde dici potest instrumentum seipsum mouens. Dico voluntatem instrumenti omnes voluntarios motus facere si diligenter consideramus ille verius dicitur facere: omne quod facit natura aut voluntas qui facit naturam et instrumentum volendi cum affectibus suis sine quibus idem instrumentum nihil facit. Ex hijs duabus affectibus quas etiam voluntates dicimus descendit omne meritum hominis siue bonum siue malum. Que due voluntates etiam nihil differunt quia illa que est ad volendum commodum inseparabilis est: illa vero que est ad volendum rectitudinem inseparabilis fuit: ut supra dixi in principio in angelis et in primis nostris parentibus et est adhuc in hac vita manentibus. In hoc quoque differunt quia illa que est ad volendum commodum non est hec quod ipsa vult. Illa vero que ad volendum rectitudinem vult nisi rectitudinem habens neque potest aliquis rectitudinem velle nisi rectitudine. Palam autem est eius voluntatis que est instrumenti. Istam esse rectitudinem hanc pronunciamus cum iusticia designatur rectitudo voluntatis propter se seruata: hec est etiam veritas illa voluntatis in qua arguitur a domino: dyabolus nos

stetisse quod dixi in tractatu de veritate. Nunc considerandum est quod ex hijs duabus voluntatibus quas voco aptitudines siue affectiones procedat sicut dixi merito hominis siue ad salutem siue ad dampnam. Rectitudo quidem quantum in ipsa est: nullius mali causa est et omnis meriti boni merito est hec enim fauet spiritui concupiscenti aduersus carnem et delectat lege dei secundum interioremem hominem id est secundum eundem spiritum. Si autem ex illa malum aliquando sequi videatur non est ex ipsa sed ex alio. Per rectitudinem quippe apostoli erant boni odor deo. Sed quod quibusdam erat odor mortis in mortem non procedebat: ex apostolorum iusticia: sed ex malivolorum nequicia. Illa vero voluntas que est ad volendum commodum: non semper mala: sed quando consentit carni concupiscenti aduersus spiritum. Sed ut hoc planius intelligatur investigandum est unde tam viciosa et tam prona sic ad malum ista voluntas. Non enim credendum est talem illam deum fecisse in primis nostris parentibus. Cum enim protuli naturam humanam propter peccatum incurrisse corruptionem et appetitus ad similitudinem brutorum animalium non dixi quod talis voluntas orta sit in homine. Aliud namque sunt appetitus viciosi aliud viciosa voluntas appetitibus consentiens. De tali ergo voluntate querendum puto unde homini acciderit. Sed si primam rationalem nature conditorem consideremus: facile nobis huius talis voluntatis causa patebit. Intentio namque dei fuit ut iustam faceret atque beatam naturam rationalem ad fruendum se: sed neque iusta neque beata esse potuit sine voluntate iusticie et beatitudinis. Voluntas quidem iusticie est ipsa iusticia: voluntas vero beatitudinis non est beatitudo quia non omnes habet beatitudines que habent voluntatem. In beatitudine autem secundum omnem sensum est sufficientia competentium commodorum sine omni indigentia: siue angelica intelligitur beatitudo

que illa: quia habebat  
omnis enim maior: sit  
que illa que erat boni  
meo ideo negari pote  
nem habuisse. Sicut  
est sine omni frigore  
omnis maior: calor: et que  
est sine omni calore cum ta  
est frigus efficitur nihil  
non fuisse in paradiso si  
na dicit maior esset ang  
Pompe alium minus al  
et indigere: sed aliqua  
non potest carere: quod  
et indigere: ubi vero est  
volens. Non autem fecerit  
volens culpa: rationalem  
nam quia ad intelligendum  
fuerit: fecit igitur deus  
non omni indigentia. Simu  
litas natura et beatitu  
diem et beatitudinem iustit  
nam que est ipsa iusticia  
non sine quo iusticia serua  
ta sunt: deus ordinavit has  
et sine affectibus ut volu  
ntas videret ea que est iusticia  
non docere ipsum: et me  
mora videret ad obedientiam  
voluntate Beatitudines quod  
vult angelis taceat ad com  
muni vero ad honorem sui  
ita ut illa posset deserere  
non desereret: sed perseue  
raret: mereret ad consocium  
quod si illa desereret nullus  
provinceretur resumere posse  
nem angelorum non adipiscer  
ta habebat priuare et in fi  
morum animalium cadens cum illis  
et sine appetitibus subie  
tas tamē beatitudinis mane  
rent: tunc bonorum que didisse  
vult puniret. Quia ergo  
vult quod dicit beatitudinem et

## et liberi arbitrii

sue illa: quā habebat adāz in paradiso  
**Q**uis em̄ maior sit beatitudo angeloz  
q̄ illa que erat hoīs in paradiso non ta  
mez ideo negari potest adam beatitudi  
nem habuisse. **S**icut nāq; calor magn<sup>2</sup>  
est sine omni frigore: et tamen potest eē  
alius maior calor: z que admodū frigus  
est sine omni calore cū tamē maius vale  
at frigus esse: ita nihil phibet adāz bea  
tuz fuisse in paradiso sine omni indigē  
tia: licet maior esset angelica beatitudo  
**N**empe aliud minus alio habere nō sp  
est indigere: sed aliqua re cū eam habe  
ri oporteat carere: quod nō erat in adāz  
est indigere: vbi vero est indigētia ibi ē  
miseria. **N**on autē fecerit deus sine pre  
cedente culpa rationalem creaturā mi  
seram quā ad intelligēdum z amādum  
se creauit: fecit igit̄ deus hoīem beatus  
sine omni indigētia. **S**imul ergo accepit  
rōnalis natura et beatitudinis volūta  
tem et beatitudinem iustitie id est rectitu  
dinem que est ip̄a iusticia z liberū arbi  
triu sine quo iusticiā seruare nō potuit.  
**S**i autē ds ordinauit has duas volūta  
tes sue affectōes vt volūtas est instru  
mētū vtereq; ea q̄ ē iusticia ad imperiū z  
regnū docēte spū: q̄ et mēs z rō dicit̄ z  
altera vtereq; ad obediētiā sine oī incō  
moditate. **B**eatitudines q̄ dē dedit homi  
vt de angelis taceā ad cōmodū eius: iu  
sticiā vero ad honorem suū. **S**ed iusti  
ciā ita vt illā posset deserere quaten<sup>o</sup> cū  
illā non desereret: sed pseuerāt seruaret  
puebi mereret ad consorciiū angeloz  
**Q**uod si illā desereret nullatenus eam  
p se deinceps resumere posset: z beatitu  
diem angeloz non adipisceret: et illam  
quā habebat priuaret z in similitudinē  
brutoz aīaliū cadens cū illis corruptōi  
et sepe fans appetitibus subiaceret. **V**o  
lūtas tamē beatitudinis maneret vt p in  
digentiā bonoz que pdidisset graui mi  
seria iuste puniret. **Q**m̄ ergo deserunt  
iusticiā pdidit beatitudinem z voluntas

q̄ bonā z ad bonū suū accepit fruēs de  
siderio comodoz que non velle neq; qz  
vera comoda rōnali nature cōueniētia  
que pdidit h̄re nō valet ad falsaz bruto  
rum aīaliū cōmoda que bestiales ape  
titus suggerit: se conuertit et ita cum ea  
vult inordinate rectitudinē: aut ne acci  
piat oblatā repellit aut expellit cū vero  
licite vult eā non hec facit. **H**oc igit̄ mō  
volūtas instrumēti creata bonū i q̄ntū  
habet esse z iusta z fortis ad seruādum  
acceptā iusticiā p liberū arbitriū facta ē  
mala: non in quātū est: sed in quātū iniu  
sta facta est p absentīā spōte deserte iu  
sticie quā semp h̄re deberet. **I**nfirmā q̄  
mō facta est ad volēdū iusticiā desertā.  
**N**on em̄ p libez arbitriū: ita potest eaz  
velle tamē illa nō habet que admodum  
valet eā seruare cū habet. **V**olūtas etiā  
am cōmodi condita bonū: in q̄ntū ē ali  
ud mala id est iniusta facta est: quia nō  
est subdita iusticie: sine qua nihil velle  
debet. **V**olūtas ergo instrumētū: cum  
spōte facta sit iniusta post desertā iusti  
ciā manet in quātū in ip̄a ē necessitate i  
iusta z ancilla iusticie qz p se redire ne  
q; ad iusticiā sine qua nūq; libera est qz  
naturalis libertas arbitrii sine illa ocio  
sa est: ancilla etiā facta est sue affectōis  
que ad cōmodū est: quia remota est iu  
sticia: nihil potest velle nisi qd̄ illa vult.  
**D**ico autē et instrumētū z affectionē ei<sup>o</sup>  
velle quia et instrumētū est voluntas z  
affectio volūtas. **N**ec incōgrue vtraq;  
voluntas velle dicit̄: qz illa vult q̄ affe  
ctōe sua vult z affectio vult p q̄ illa vult  
sicut videre dicit̄ z hō q̄ visu videt z vi  
sus q̄ videt. **U**nde nō absurde possum<sup>o</sup>  
dicere affectōes ei<sup>o</sup> volūtat̄: q̄ instrum  
dixi aīe q̄si instrumēta eiusdē instrumē  
ti eē qz illa nihil nisi istis opat̄. **P**erdito  
igit̄ instrumēto volēdi iusticiam id ē re  
ctitudinē nullo mō nisi p grām reddat̄  
potest volūtas instrumēti velle iusticiam:  
**Q**uapropt̄ qm̄ nihil velle debet: nisi iu

## De concordia gratie

ste quicquid vult sine rectitudine vult in iuste. Appetitus vero: quos omnes vocat apud carnem et concupiscentiam in quantum sunt: non sunt mali vel iniusti: sed quia sunt in rationabili creature: ubi non debet esse dicitur iniusti. In brutis siquidem animalibus non sunt mali vel iniusti: quia ibi debent esse. Nam ex hijs que sunt dicta sunt agnosci potest hominem ideo non habere semper iusticiam: quam sine intermissione debet habere: quia nullo modo potest illam per se adipisci: vel recuperare. Malum etiam est quia deus bona facit opera sua sola bonitate: quam ipse creat voluntatem cum libero arbitrio: dat illi iusticiam per quam operatur. Mala vero facit sola culpa hominum quia ea non faceret si homo illa facere non vellet facit tamen hoc quod sunt quam perdidit in hominis voluntate qua sine iusticia vitur sola culpa hominis mala sunt que operatur. Non enim est culpa dei qui creavit in eo cum libertate arbitrii voluntatem et contulit ei iusticiam ut nihil nisi iuste vellet. Sed culpa hominis qui iusticiam deseruit quam servare potuit. Deus igitur habet in bonis quod bona sunt per essentiam et quod bona sunt per iusticiam: in malis vero solummodo quod bona sunt per essentiam: non quod mala sunt per absentiam debite iusticie que non est aliquid. Homo autem habet in bonis quod mala non sunt: quia cum possit deserere iusticiam et mala fecere non deseruit sed servavit per liberum arbitrium dante et sub sequente gratia. In malis vero hoc solum quod mala sunt: quia ea sola propria id est iniusta voluntate facit. Puto me iam cogere posse finem ponere tractatus de tribus difficilibus questionibus que in spe auxilij dei incepti in quo si quidem dixi quod querenti cuilibet sufficere debeat non mihi imputo sed gratie dei mecum. Hoc autem dico: quia si quis mihi querenti de questionibus eiusdem quando in eis mens mea rationem querendo fluctuabat ea que retuli respondisset gratias egisse

quia mihi satisfecisset. Quia ergo quod in de manifestate deo cognovi mihi valde placuit intelligens quia similiter quibusdam placeret: si hac scriberem quod gratias accepi gratias volui petentibus impedere.

Explicit liber de concordia gratie et liberi arbitrii.

Incipiunt capitula in libris de libero arbitrio.

**Q**uod potestas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrii. **Cap. I.**  
Quia tamen homo et angelus peccaverunt per hanc potestatem et liberi arbitrii: quia quis potuerunt servire peccato non tamen eis potuit dari peccatum. **Cap. II.**  
Quo postquam se fecerunt servos peccati liberi habuerunt arbitrium: et quid sit liberi arbitrii. **Cap. III.**  
Quo potestatem habeant servandi rectitudinem quam non habet. **Cap. IIII.**  
Quia nulla temptatio cogat inuitum peccare. **Capitulū. V.**  
Quo sit nostra voluntas potes contra temptaciones licet videatur impotes. **Cap. VI.**  
Quo forcior sit quam temptatio etiam cum ab illa vincitur. **Capitulū. VII.**  
Quia nec deus potest auferrē voluntatis rectitudinem. **Capitulū. VIII.**  
Quo nihil liberi sit recta voluntate. **Cap. IX.**  
Quo peccatus sit servus peccati et quod malus miraculum sit cum deo reddit rectitudinem illa deserenti quam cum mortuo reddidit vitam. **Capitulū. X.**  
Quia ista servitus non auferat libertatem arbitrii. **Capitulū. XI.**  
Cur cum homo non habet rectitudinem magis dicitur liber: quia non potest ei auferri cum habet: quam cum eam habet servus: quia cum non habet per se non potest recuperare eam. **Cap. XII.**  
Quia potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem sit perfecta definitio liberi arbitrii. **Cap. XIII.**  
Divisio eiusdem libertatis. **XIII**

Incipit dialogus beati marientis archiepiscopi cetero. De potestas pertinet ad libertatem arbitrii. **Capitulū. I.**

**Q**uod potestas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrii. **Cap. I.**  
Quia tamen homo et angelus peccaverunt per hanc potestatem et liberi arbitrii: quia quis potuerunt servire peccato non tamen eis potuit dari peccatum. **Cap. II.**  
Quo postquam se fecerunt servos peccati liberi habuerunt arbitrium: et quid sit liberi arbitrii. **Cap. III.**  
Quo potestatem habeant servandi rectitudinem quam non habet. **Cap. IIII.**  
Quia nulla temptatio cogat inuitum peccare. **Capitulū. V.**  
Quo sit nostra voluntas potes contra temptaciones licet videatur impotes. **Cap. VI.**  
Quo forcior sit quam temptatio etiam cum ab illa vincitur. **Capitulū. VII.**  
Quia nec deus potest auferrē voluntatis rectitudinem. **Capitulū. VIII.**  
Quo nihil liberi sit recta voluntate. **Cap. IX.**  
Quo peccatus sit servus peccati et quod malus miraculum sit cum deo reddit rectitudinem illa deserenti quam cum mortuo reddidit vitam. **Capitulū. X.**  
Quia ista servitus non auferat libertatem arbitrii. **Capitulū. XI.**  
Cur cum homo non habet rectitudinem magis dicitur liber: quia non potest ei auferri cum habet: quam cum eam habet servus: quia cum non habet per se non potest recuperare eam. **Cap. XII.**  
Quia potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem sit perfecta definitio liberi arbitrii. **Cap. XIII.**  
Divisio eiusdem libertatis. **XIII**

## De libero arbitrio

**I**ncipit dialogus beati anselmi can-  
tuariensis archiepiscopi de libero ar-  
bitrio. **D.** potestas peccandi non pri-  
ueat ad libertatem arbitrii.

**Capitulum I. Discipulus.**

**Q**uomodo liberum

arbitrium videat repugna-  
re gratie predestinationi et  
prescientie dei. ipsa libertas arbitrii quod  
sit nosse desidero. et vtrum illa semper ha-  
beamus. Si enim libertas arbitrii est pos-  
se peccare et non peccare. sicut a quibus-  
dam solet dici. et hoc semper habemus:  
quomodo aliquando gratia indigemus?  
Si autem hoc non semper habemus: cur no-  
bis imputatur peccatum. quando sine li-  
bero arbitrio peccamus? **A.** Liberta-  
tem arbitrii non puto esse potentiam pecca-  
di et non peccandi. Quippe si hec eius  
esset definitio nec deus nec angelus qui  
peccare nequeunt liberum haberent ar-  
bitrium. quod nequias et dicere. **D.** Quod  
si dicitur aliud esse liberum arbitrium dei  
et angelorum bonorum. aliud nostrum.

**A.** Quamuis differat liberum arbitrium ho-  
minum a libero dei arbitrio et angelorum  
bonorum. definitio tamen huius liberta-  
tis in vtrisque hoc finem nomen eadem de-  
bet esse. licet enim animal differat ab anima  
siue substantialiter siue accidentaliter  
definitio tamen finem nomen animalis om-  
nibus animalibus est eadem. Quapropter  
propter talem oportet dare definitio-  
nem libertatis arbitrii que nec plus nec  
minus illa contineat. Quoniam ergo li-  
berum arbitrium diuinum et bonorum an-  
gelorum peccare non potest: non pertinet ad  
definitioem libertatis arbitrii posse pec-  
care. Denique nec libertas nec potestas liber-  
tatis est peccandi potestas. Quod ut pla-  
ne intelligas: intende ad ea que dicam.  
**D.** Ad hoc sufficit. **A.** Que tibi  
voluntas liberior videtur: illa que sic  
vult potest non peccare ut nullatenus

valeat flecti a non peccandi rectitudi-  
ne. an illa que flecti aliquo modo potest  
ad peccandum. **D.** Cur non sit li-  
berior illa que ad vtrumque se habet non  
video. **A.** An non vides quoniam  
qui sic habet quod decet et quod expedit  
ut hoc amittere nequeat: liberior est quam  
ille qui sic habet hoc ipsum ut possit pro-  
dere et ad hoc quod dedecet et non expedit  
valeat adduci. **D.** Nulli dubium  
hoc esse puto. **A.** Hoc quoque non  
minus indubitabile dices. quia pecca-  
re semper dedecet: noxium est.

**D.** Nullus sane mentis aliter sentit. **A.**  
Liberior itaque voluntas est. quo a recti-  
tudine non peccandi declinare nequit  
quam que illa potest deserere. **D.** Nichil  
mibi rationabiliter asserti posse vi-  
detur. **A.** An putas quod additum  
minuit et separatum auget libertatem  
id autem libertatem esse. aut partem libertatis?  
**D.** Non hoc putare possum. **A.**  
Potestas ergo peccandi que addita  
voluntati minuit eius libertatem. et si de-  
riuat: auget. nec libertas est: nec pars  
libertatis.

**D.** Tamen homo et angelus peccauerunt  
per hanc potestatem et liberum arbitrium.  
et quis potuerunt seruire peccato: non  
tamen eis potuit dominari peccatum.

**Capitulum II. Discipulus.**

Nihil consequenti? **A.** Non  
pertinet ad libertatem arbitrii.  
quod sic est extraneum a libertate.  
**D.** Rationibus tuis nullatenus tra-  
dicere queo. Sed non parum me mouet  
quia et angelica et nostra natura in princi-  
pio habuit potestatem peccandi. quam si  
non habuisset: non peccasset. quare si  
per hanc potestatem: que sic aliena est a  
libero arbitrio peccauit vtraque predicta  
natura: quomodo dicemus eam peccasse  
per liberum arbitrium? Aut si per liberum arbitrium  
non peccauit: ex necessitate peccasse vi-  
detur. Nempe aut sponte. aut ex ne-

cessitate, aut si sponte peccauit quomodo nisi per liberū arbitrium. Quare si non per liberū arbitrium utique ex necessitate peccasse videtur. Est et aliud quod in hac peccandi potestate memoratur. Qui enim peccare potest seruus potest esse peccati, quoniam qui facit peccatum seruus est peccati. Qui autem seruus potest esse peccati huic potest dominari peccatū. Quomodo libera fuit illa natura, aut cuiusmodi liberū arbitrium illi erat cui peccatū dominari poterat. **Et** per potestatem peccandi et sponte per liberū arbitrium et non ex necessitate nostra et angelica natura permissus peccauit et seruire potuit peccato, et tamen non illi peccatum dominari poterat, unde illa non libera aut eius arbitrium non liberū dici possit. **De**us habeo ut quod dicitur apias, quia clausum est mihi. **Per** liberū arbitrium peccauit apostata angelus siue primus homo, quia per suum arbitrium peccauit quod sic liberū erat, aut nulla alia re cogi posset ad peccandū, et ideo iuste reprehenditur, quia hanc haberet arbitrii sui libertatem, non aliqua re cogente, nisi aliqua necessitate, sed sponte peccauit, peccauit autem per arbitrium suum: quod erat liberū: non per hoc unde liberum erat, id est per potestatem quam poterat non peccare: et peccato non seruire, sed per potestatem quam habuit peccandi, quia nec ad non peccandi libertatem iuuebatur nec ad peccandi seruitutem cogebatur. Quod autem consequi tibi videtur, quia si potuit seruus esse peccati: potuit ei dominari peccatū, et ideo nec illi, nec eius arbitrium liberū fuisse, non ita est. Etenim quod sue potestatis est ut non seruiat nec aliene potestatis est, ut seruiat quous potestate sua seruire possit quod diu non illa que est seruiendi sed illa que est non seruiendi utique potestate nulla res potest illi dominari ut

seruiat. Nam etsi diues liber possit se facere seruum pauperis quod diu hoc non facit, nec ille nomen amittit libertatis nec pauper illi proprie dicitur dominari, aut si dicitur improprie dicitur, quia hoc non in eius: sed in alterius est potestate. Quamobrem nihil prohibet angelum et hominem ante peccatum liberos fuisse aut liberū arbitriū habuisse. **Quomodo** postquam se fecerunt seruos peccati liberum habuerunt arbitrium. **Capitulum. III.** **De** Ati fecisti mihi quod nichil certe hic prohibet ante peccatum. **Sed** postquam se fecerunt seruos peccati quomodo liberum arbitriū seruare potuerunt. **Licet** peccato se subdidissent: libertatem arbitrii tamen naturalem in se interimere nequiverunt sed facere potuerunt ut iam non sine alia gratia quam erat illa quam prius habuerunt illa libertate uti non valeat. **Credo** et intelligere desidero. **Consideremus** cuiusmodi arbitrii libertatem habuerunt ante peccatum, quod certum est eos liberū arbitriū habuisse. **Hoc** expecto. **Ad** quid tibi videntur habuisse illam libertatem arbitrii. **An** ad assequendum quod vellet, an ad volendum quod deberent et quod illis velle expediret. **Ad** volendum quod deberet et quod expediret velle. **Ergo** ad rectitudinem, voluntatis habuerunt libertatem arbitrii. **Quamdiu** namque voluerunt quod debuerunt rectitudinem habuerunt voluntatis. **Ita** est. **Dubium** est ad huc cum dicitur quia libertatem habuerunt ad rectitudinem voluntatis, si non addatur aliud. **Quero** igitur quomodo habebant illam libertatem ad rectitudinem voluntatis an ad capiendum eam sine datore cum illam nondum haberent, an ad accipiendum nondum habitam si daretur ut haberent an ad desc-

endum quare accep-  
tum deservam an ac-  
ceptam. **De** Ati  
indinem sine datore  
boni libertate, quon-  
habere quod non accep-  
endum vero a datore  
habent ut eam haberet  
eos habuisse libertatem  
endum eos factos sin-  
re ignis non negandum  
habuisse recipiendi eam  
non si eam desererent,  
primo illis redderetur,  
suo sepe videmus qui d-  
estiam supra gratia  
Inde est quod dicitur ee  
perditam rectitudine  
liberos illam libertatem e-  
peccare querimus  
liberū habuerunt arbit-  
er nullus indiget si ni-  
derisset. **De** Prose  
respondendo ad ea que rest-  
erro gasti. **Ad** deservere  
rectitudinem eam libertatem  
erunt, quia deservere v-  
conditio est peccare, et po-  
nti nec libertatem nec p-  
tatis supra monstrasti.  
um vero per se rectitudinem  
tatem non acceperunt cum  
tudo illa data sit ut nun-  
sua namque potestas resume-  
generaret negligentiam  
pessā. **Quapropter** restat  
erunt dicitur esse rationali et  
tate ad seruandas accepta  
nem voluntatis. **De** B  
rogata respondisti. **Sed** a-  
tatem seruare docet rat-  
tam an propter ipsam rectit-  
tate propter aliud. **De** Si non  
peccata esset illi nature, et ve-

## De libero arbitrio

rendum quas acceperant et per se resumendum desertam. an ad semper seruandam acceptam. **D** Ad capiendum rectitudinem sine datore non puto illos habuisse libertatem. quonia nihil potuerunt habere quod non acceperant. Ad accipiendum vero a datore quam nondum habebant ut eam haberent non est dicendum eos habuisse libertatem. quia non est credendum eos factos sine recta voluntate quibus non negandum sit eos libertatem habuisse recipiendi eandem rectitudinem si eam desererent. et ab ipso datore primo illis redderetur. quod in hominibus sepe videmus qui de iniusticia ad iusticiam superna gratia reducantur. **A** Unde est quod dicitur eos posse recipere perditam rectitudinem si reddat. sed nos illam libertatem quam habuerunt antequam peccarent querimus cum sine dubio libere habuerunt arbitrium non illam qua nullus indigeret si nunquam veritatem deseruisset. **D** Prosequar itaque et respondebo ad ea que restant de his que interrogasti. Ad deserendum autem eandem rectitudinem eos libertatem habuisse non est verum. quia deserere voluntatis rectitudinem est peccare. et potestatem peccandi nec libertatem nec partem esse libertatis supra monstrasti. Ad resumendum vero per se rectitudinem desertam libertatem non acceperunt cum ad hoc rectitudo illa data sit ut nunquam deseratur. Ipsa namque potestas resumendi desertam generaret negligentiam seruandi habitam. Quapropter restat libertatem arbitrii datam esse rationali creature vel nature ad seruandam acceptam rectitudinem voluntatis. **A** Bene ad interrogata respondi. Sed adhuc oportet ut consideremus propter quod illam rectitudinem seruare debeat rationalis creatura. an propter ipsam rectitudinem. aut propter aliud. **D** Si non illa libertas data esset illi nature. et voluntatis

rectitudinem propter ipsam seruaret rectitudinem. non valeret ad iusticiam. quia constat iusticiam esse rectitudinem voluntatis propter se seruandam. Sed ad iusticiam potest esse arbitrii libertatem credimus. **Q**uare indubitanter asserendum est rationale naturam non esse accepisse nisi ad seruandam rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **A** Quoniam omnis libertas est potestas. illa libertas arbitrii est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **D** Non potest aliud esse. **A** Jam itaque clarum est liberum arbitrium non esse aliud quam arbitrium potens seruare rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **D** Clarum itaque est. Sed quid iam rectitudinem habuit seruare potuit quod debuit. Postquam autem illam deseruit: quomodo potest seruare quod non habet. Absente ergo rectitudine que seruare possit non est liberum arbitrium quod eam seruare valeat. Non enim seruare valet quod non habet. **A** Etiam si absit rectitudo voluntatis non tamen rationalis natura minus habet quod suum est. Nullam namque potestatem habemus ut puto que sola sufficiat sibi ad actum: et tamen circa ea desinit: sine quibus ad actum minime perducuntur nostre potestates. non minus eas quantum in nobis est habere dicimur. sicut nullum instrumentum solus sibi sufficit ad operandum. et tamen cum desunt illa sine quibus instrumentum uti nequimus instrumentum nos cuiuslibet operis habere sine falsitate fatemur. **A** Sicut in multis aduertis in vno tibi monstrabo. Nullus visum habens dicitur nullatenus videre posse montem. **D** Qui montem videre non potest profecto nullum habet visum. **A** Habet ergo potestatem et instrumentum videndi montem qui visum habet. et tamen mons abest. et dices ei vide montem res.

spondet tibi. Non possuz. quia abest: si adesset possem videre. Itē si mons adesset: et lux abesset responderet se montem non posse videre: quia non possz absente luce. Sed si lux adesset tunc posset. Rursum si visum habenti lux et mons p̄sens esset: et aliquid visui obstaret velut si aliquid illi oculos clauderet diceret se non posse videre montem: sed si nihil visui eius obsteret: tunc sine dubio montem videndi potestatem haberet. **¶** Hoc totum omnibus notum est. **¶** Uides ergo quia potestas vidēdi aliquid corpus: alia est in vidente: alia est in re videnda: alia in medio idem neq; in vidente neq; in videnda et ea que est in medio: alia est in adiuvante: alia in nō impediēte: id est cum nihil quod impedire possit impedit. **¶** Video plane. **¶** Quatuor igitur iste potestates sūt quarū si quelibet una desit alie tres sūt: nec singule: nec omnes simul aliqd possunt efficere: nec tamē absentibus alijs negamus: aut enim qui visum habet habere visum aut instrumentum siue potestatem videndi aut rem visibilem posse videri aut lucem posse visum iuvare. **¶** Quomodo potestatem habeant seruandi rectitudinem quam non habent.

Capitulum. III.

**¶** Quarta autem potestas impro-  
prie dicitur quod enim solet im-  
pedire visum non ob aliud dici-  
tur dare potestatem videndi: cum non  
impedit: nisi quia nō aufert. Potestas  
autem videndi lucem non nisi in tribus  
rebus est: quia tunc est idem et quod vi-  
deretur et quod adiuvat. Nam hoc est oī-  
bus notum. **¶** Nulli itaq; est igno-  
tum. **¶** Si ergo absente re que vi-  
deri possit in tenebris positi et clausos si-  
ue ligatos oculos habentes quantū ad  
nos pertinet videndi quamlibet visibi-  
lem rem potestatem habemus: quid p̄-  
hibet nos habere potestatem seruandi re-

ctitudinem voluntatis: propter ipsam  
rectitudinem etiam absente ipsa rectitu-  
dine q̄d diu et ratio in nobis est: qua eam  
valemus cognoscere et voluntas qua il-  
lam tenere possumus. Ex his enim con-  
stat prefata libertas arbitrij. **¶** Sa-  
tis fecisti intellectui meo potestatem ser-  
uandi rectitudinem voluntatis rationa-  
li nature semper inesse atq; hanc pote-  
statem in primi hominis et angelozū ar-  
bitrio liberaz fuisse quibus inuitis recti-  
tudo voluntatis nō poterat auferri.

**¶** nulla temptatio cogat inuitum  
peccare **¶** Capitulum. V.

**¶** Sed nūc quomodo est humane  
voluntatis arbitrium hac pote-  
state liberum cū sepe rectam ha-  
bens homo voluntatem ipsam rectitu-  
dinem inuitis cogente temptacione de-  
serat. **¶** Nemo illam deserit nisi

volendo. Si ergo inuitus dicitur nolens  
nemo deserit illam inuitus: ligari enim  
homo potest: et inuitus quia nolens po-  
test torqueri inuitus: quia nolens po-  
test occidi: velle autem non potest inui-  
tus: quia non potest velle nolens velle  
nam omnis volens ipsuz suū velle vult.  
**¶** Quomodo dicitur inuitus mentiri  
qui mentitur ne occidatur: cum hoc nō  
nisi volens facit. Nam sicut inuitus men-  
titur sic inuitus vult mentiri: et qui inui-  
tus mentiri vult: nolens vult mentiri.

**¶** Ideo forsitan inuitus mentiri di-  
citur quia cum sic vult veritatem vt nō  
mentiatur nisi p̄pter vitam: et vult men-  
daciū: quia propter vitam et non vult  
mendaciū propter mendaciū ipsuz  
quoniam vult veritatem: et ideo volens  
et nolens mentitur. Alia namq; volūtas  
est qua volumus aliud p̄pter se: vt cuꝫ  
volumus salutem propter se et alia cum  
aliud volumus p̄pter aliud: vt cū volu-  
mus absinthcum bibere p̄pter salutem.  
**¶** Unde potest forsitan dici fm̄ has diuer-  
sas voluntates: quia inuitus et non inui-

us mentitur. Quap-  
inuitus mentiri: qui  
tum vult veritatem  
tencie qua dico nemi-  
rere rectitudinem vo-  
tando vult eam de se  
fin quam voluntatem  
deserit: sed volens de  
loquimur: de illa namq;  
vult mentiri p̄pter vit-  
am non vult mendaciū  
creo certe mentitur inui-  
tus occiditur aut mentit-  
ur in hac angustia vt e-  
tiam vnum quodlibet fi-  
esse sit illum aut occidi:  
tamen necesse est illum oc-  
cideri si mentitur: ne-  
cē qui potest non me-  
ntiri: sicut enim est de-  
serere: quia vtrūlibet ei  
vel potestate. Ita quoq;  
occidatur aut mentiatur:  
loquimur vt inuitus menti-  
tus occidatur. Est et alia  
volūtas habet visus cur inui-  
tus necessitate dicitur alie  
nolens volens facit. Nam  
vult facere valemus et ideo  
nolens hoc nos facere nō  
volūtas nos siue inuitos d  
faciunt: difficultate dimittere n  
volumus facimus hoc nos in-  
te et necessitate facere as-  
sequi modo qui mentitur n  
mentiri inuitus et nolens di-  
citur: quia mendaciū v  
let in motis difficultate. S  
qui mentitur p̄pter vitam im-  
peditur: ita non proprie dicit  
volentem: quoniam hoc e-  
st vult. Nam sicut cum  
volumus mentiri: sic cū vu-  
lumus velle. **¶** Non

## De libero arbitrio

us mentitur. Quapropter cum dicitur inuitus mentiri: quia id non vult inquit vult veritatem non repugnat illi sententia qua dico neminem inuitum deserere rectitudinem voluntatis: quia mentiendo vult eam deserere propter vitam. In quam voluntatem non inuitus eam deserit: sed volens de qua voluntate nunc loquimur: de illa namque loquimur qua vult mentiri propter vitam non de illa qua non vult mendacium propter se. Aut idcirco certe mentitur inuitus: quia inuitus aut occiditur aut mentitur: id est inuitus est in hac angustia ut ex necessitate horum unum quodlibet fiat: quis enim necesse sit illum aut occidi aut mentiri: non tamen necesse est illum occidi: quia potest non occidi si mentitur: nec necesse est illum mentiri quia potest non mentiri si occiditur. Neutruique enim est determinate in necessitate: quia utrumlibet est in voluntate vel potestate. Ita quoque licet inuitus aut occidatur aut mentiatur: non tamen ideo sequitur ut inuitus mentiatur: aut ut inuitus occidatur. Est et alia ratio qua frequens habet usus cur inuitus et nolens et ex necessitate dicitur aliquis facere quod tamen volens facit. Nam quod non nisi difficile facere valemus et ideo non facimus dicimus hoc nos facere non posse et ex necessitate nos sive inuitos deserere: et quod sine difficultate dimittere nequimus: et idcirco facimus hec nos inuitos et nolentes et ex necessitate facere asserimus. Hoc igitur modo qui mentitur ne moriatur mentiri inuitus et nolens dicitur ex necessitate: quia mendacium vitare non valet sine mortis difficultate. Sicut igitur qui mentitur propter vitam impropie dicitur inuitus mentiri: quoniam mentitur volens: ita non impropie dicitur inuitus vellemur: quoniam hoc non nisi volens vult. Nam sicut cum mentitur: vult ipsum mentiri: sic cum vult mentiri: vult ipsum velle. Non possum ne-

gare quod dicis. **Q**uomodo itaque non est libera voluntas quam aliena potestas sine suo assensu subicere non potest. **N**onne simili ratione possumus dicere voluntatem equi esse liberam: quia appetitui carnis non seruit nisi volens. **N**on est hoc similiter: in equo namque non ipsa voluntas se subicit: sed naturaliter subiecta sepe necessitate appetitui carnis seruit. In homine vero quod diu ipsa voluntas recta est: nec seruit: nec subiecta est cui non debet nec ab ipsa rectitudine vlla vi aliena aueritur nisi ipsa: cui non debet volens consentiat quem consensus non naturaliter: nec ex necessitate sicut equus: sed ex se aperte videtur habere. **S**atisfecisti huic obiectioni me de voluntate equi. Redi ubi eram. **A**n negauimus omnem rem liberam esse ab ea re a qua cogi non volens vel prohiberi non potest. **N**on video quomodo negem. **D**ic etiam quomodo superat recta voluntas: et quomodo superatur. **V**elle ipsam rectitudinem pseueranter est illi vincere: velle autem quod non debet illi vinci. **P**uto quia temptatio rectam voluntatem non nisi volentem: aut ipsa rectitudine prohibere: aut ad id quod non debet cogere potest: ut illam velit: et istud nolit. **E**st hoc vlla ratione falsum esse video. **Q**uis ergo potest voluntatem dicere non esse liberam ad seruandam rectitudinem: et liberam a temptatioe et peccato: si nulla temptatio potest illam nisi volente auertere a rectitudine ad peccatum: id est ad volendum quod non debet. **C**um ergo vincitur: non aliena vincitur potestate: sed sua. **H**oc monstrant ea que dicta sunt. **N**onne vides ex his consequi quia nulla potestas potest vincere rectam voluntatem. **N**am si potest habet potestatem vincendi: et sua potestate vincit: sed hoc esse non potest: quoniam voluntas non nisi sua vin-

atur potestate. **Q**uare nullatenus potest temptatio vincere rectam voluntatem: et cum dicitur improprie dicitur. **N**on enim aliud intelligitur quam quia voluntas potest se subicere temptationi: sicut e converso cum imbecillis dicitur posse vinci a forti non sua potestate dicitur sed aliena quoniam non significat aliud nisi quia fortis habet potestatem vincendi imbecillum.

**Q**uomodo sit nostra voluntas potens contra temptationes: licet videatur impotens. **C**apitulum sextum.

**Q**uamuis sic omnia impugnata voluntati nostre subicias: atque nullam temptationem illi dominari permittas: ut in nullo possim obviare assertionibus tuis: non tamen possim dissimulare quandam impotentiam esse in eadem voluntate: quam fere omnes exprimitis: cum violentia temptationis superamur. **Q**uapropter nisi illam potentiam quam probas: et illam impotentiam quam sentimus facias convenire: non potest animus meus in quietem huius questionis pervenire. **I**stam impotentiam quam dicis voluntatis in quo putas esse. **I**n eo quia non potest perseveranter rectitudini adherere. **S**i per impotentiam non adheret aliena vi avertitur a rectitudine.

**C**redo. **Q**ue est hec vis? **H**ec vis non avertit a rectitudine: si ipsa non vult quod suggerit temptatio. **I**ta est. **S**ed ipsa temptatio: ipsa sua vi: cogit eam vellet quod suggerit.

**Q**uomodo cogit eam velle. **A**n ita ut possit eam quidem nolle: sed non sine gravi molestia: an ita ut nullatenus possit nolle.

**Q**uamuis fateri me opteat nos aliquando sic premi temptationibus: ut sine difficultate non valeamus nolle quod suggerunt: non tamen possum dicere quod sic nos unquam opprimant: ut quod movent nul-

latenus nolle possimus. **R**espondeo scio quomodo possit dici. **S**i enim vult homo mentiri: ut non sustineat mortem ut seruet vitam ad tempus: quis dicit impossibile velle eum non mentiri: ut vitet eternam mortem: et sine fine vivat. **Q**uapropter iam dubitare hanc impotentiam servandi rectitudinem non debetis: quam dicis in nostra voluntate esse: cum temptationibus consentimus non esse ex impossibilitate: sed ex difficultate. **F**requenti namque visu dicimus nos non posse aliquid: non quia nobis est impossibile: sed quia sine difficultate non possumus. **H**ec autem difficultas non permittit libertatem voluntatis. **I**mpugnare namque potest in vitam voluntatem exprugare nequit in vitam. **H**oc itaque modo puto te posse videre: quomodo conveniant potentia voluntatis: quam ratio veritatis asserit: et impotentia quam humanitas nostra sentit. **S**icut enim difficultas nequaquam voluntatis interimit libertatem: ita illa impotentia quam non ob aliud in voluntate dicimus esse: nisi quia non potest tenere suam rectitudinem sine difficultate: non auferit eidem voluntati perseverandi in rectitudine potestatem.

**Q**uomodo voluntas fortior sit quam temptatio: etiam cum ab illa vincitur. **C**apitulum VII.

**S**icut nequaquam valeo quod probas negare: ita nullatenus queo voluntatem fortiozem esse temptationi: cum ab ea superatur: affirmare. **N**am si voluntas servandi rectitudinem fortior esset quam temptationis impetus: fortius illa volendo quam tenet resisteret: quam illa insisteret. **N**on enim aliunde scio me magis vel minus fortiozem habere voluntatem: nisi quia magis vel minus fortiter volo. **Q**uapropter cum minus fortiter volo quod debeo: quam temptatio: mihi suggerit quod non debeo quod

modo temptatio fortior  
mea non video.  
equivocato voluntas  
Ipsam velle equum  
scere. **S**icut  
atur: ita et voluntas:  
sum instrumentum vic  
um procedentem per o  
mas lucem et ea que su  
mas visu: instrumentu  
illo videtur: id est visio  
de dicitur voluntas ip  
volens: quod est in anima  
pms ad volendum: do  
visum ad videndum di  
mas: dicitur voluntas  
litatis: quod est instrumentu  
et visu: visu ei? visu qui  
videndi. **S**icut igitur vi  
strumentum videndi de  
um non videmus: visu  
me eius non est nisi cu  
voluntas instrumentum  
emper est in anima: etiam  
vid: velut cum dormit:  
quam dico visu sine  
strumenti non habemus  
voluntatis aliquo. **I**lla u  
quam voco instrumentum  
radem semper est qui co  
illa vero que opus est tan  
pualta: et sepe volumu  
notum visu: que etiam in  
tatis oculis habemus sem  
quod videamus. **V**isu  
opus eius qui et visio notati  
visus est: numerosa et quod in  
tam. **D**ane video  
voluntatis distinctiones: et  
tas videre quam ex ei? ignora  
receptionem. **S**ed tamen  
one quod incepit. **A**  
videtis duas voluntates: e  
nam volendi et opus eius i  
namque intelligit fontu

## De libero arbitrio

modo temptatio fortior non sit voluntati mea non video. **¶** **U**t video equiuocatio voluntatis te fallit. **¶** Ipsam vellem equiuocationem cognoscere. **¶** Sicut visus equiuoce dicitur: ita et voluntas: vocamus enim visum instrumentum videndi: id est radium procedentem per oculos quo sentimus lucem et ea que sunt in luce: et dicitur visus instrumenti ipsius opus: quoniam illo utimur: id est visionem. Eodem modo dicitur voluntas ipsum instrumentum volendi: quod est in anima: et quod conuertimus ad volendum: hoc vel illud: sicut visum ad videndum diuersa conuertimus: et dicitur voluntas visus eius voluntatis: quod est instrumentum volendi sicut dicitur visus visus eius visus qui est instrumentum videndi. Sicut igitur visum qui est instrumentum videndi habemus etiam cum non videmus: visus autem quod est opus eius non est nisi cum videmus: ita voluntas instrumentum scilicet volendi semper est in anima: etiam cum non vult aliud: velut cum dormit: voluntatem vero quam dico visum siue opus eiusdem instrumenti non habemus: nisi quando volumus aliquid. Illa itaque voluntas quam voco instrumentum volendi vna et eadem semper est quicquid velimus. Illa vero que opus est tam multiplex est quam multa: et quam sepe volumus: quemadmodum visus que etiam in tenebris vel clausis oculis habemus semper idem est: quicquid videamus. Visus autem id est opus eius qui et visio notatur tam numerosus est quam numerosa et quam numerose videmus. **¶** Plane video et amo hanc voluntatis distinctionem: et iam mihi video videre quam ex eius ignorantia patitur deceptionem. Sed tamen tu profitebare quod incepisti. **¶** Cum ergo videas duas voluntates esse instrumentum volendi et opus eius in qua harum duarum intelligis fortitudinem con-

